<36603549980012

[illegible] in Veterinario illustrat. Scalig. ad Manil. pag. 154

lib. [illegible] cap. 56. Tottonarios) [illegible] Raphael Volaterranus
lib. 25 cap. de equis. Asturcones, qui ex Asturia veniebant, molliter gressus glomerando incedebant, qui etiam Tollutarij dicuntur [illegible]ca: Asturconibus & tollutarijs mannis. Sunt enim manni [illegible] non admodum magni, qui tollutim id est more Asturconum vestigia glomerant. Nunc sane id genus ex Britannia venit, ex Hispania vero levitate elegantiaque conspicui. Haec ille.

Martialis

Hic brevis ad numerum rapidos qui colligit ungues,
Venit ab auriferis gentibus Astur equus.

* Haec alijs Gallecia, Callaeci, Gallaeci, & Gallicia

Plinius lib. 8. cap. 42.

In Hispania gens *Callaica & Asturica equini generis, quos MSS.ti Thellones Thieldones appellamus, minori formâ appellatos asturcones gignunt: quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum gressu explicatio.

~~Legit~~ ex veteris librorum manuscriptorum quos tradiderim vidisti legit Lud. Carrio ~~Emendation.~~ Emendation. lib. 1. cap. XVII.

Thellones seu potius Tellones

i. sunt telloners, a Teutonica voce tellen hoc est numerare. Quod nimirum asturcones ita tolutim incedant, ut alternorum crurum explicatio possit numerari. Et hoc est quod de ijs dixit Martialis,

—— ad numerum rapidos qui colligit ungues

Quod quid aliud est, quam de passage [illegible] [illegible]. Hispani inquit Carrio, hodie quo proprio nomine non habent, itaque alijs verbis circumscribunt, cavallo ambulador

Carolus Calvus in Constitutione de Feudis.

veredus [illegible] palafr.

Ipsis (vasallis nobilibus) et ad itineris praeparationem quinque librae suae monetae in stipendium tribuantur, et duo equi, unus Currens, alter Ambulans, addatur. Apud Apuleium initio Milesiarum Lucij equus admodum fossus et in gradum lenem [illegible] conaculum ambulatorium ad prata quae [illegible] ore in
[illegible]

... et Kommelatus
... pa. 240.

Ex Eustathij loco ad Odys. α. vers. 155 probat veteribus notos fuisse subjectos illos pedaneos ex ephippio utrimque dependentes quibus innixi ad inscendendum equum utimur, et pariter innitendum. Considerandus est etiam atque etiam iste Eustathij locus Ἀναβολεὺς &c. Nam veterum nemo eorum instrumentorum meminit, et incognita ijs fuisse ~~[illegible]~~ multa etiam marmora clamant. Statuae dico et Imagines [illegible] in ijs forma aut vestigium, & pedes semper penduli, sine alio fulcro. Atque adeo res nova, ut nec sit ei Latinum nomen: nisi quod patrum avo Franciscus Philelphus rem cottidianam carentem vocabulo Stapedam appellavit, quod pes in eo staret. Doctiss. Budaeus melius puriusque putabat circumscribi & subjectum pedaneum dici. ceterum ferrum hoc, cuicuimodi ejus inventio debeatur, utile et scansioni & firmiori sessioni. Imperatoribus Graecis posterioribus stapedes in usu fuisse clarum est ex eo quod [illegible] Gretzerus ex Codino de offic. Constant. qui σκάλας nominat, ubi de apparatu equestri [illegible] Protocynego, seu venatorum magistro. [illegible] Hinc recentissimi saeculi [illegible] Scaligeri ingenio illud conflatum Numisma argenteum Marquardi Freheri, in quo visitur Constantinus Imp. Byzantinus equitans, cujus pedibus subjecta stapeda. quae ut et omnes equi ornatus quam novitia res sit satis produnt. Vide ejus doctiss. diatribam: item censorem ~~[illegible]~~ [illegible] Freherum [illegible], qui et nummum Heraclij vitij agnovit. Vide [illegible]

Greth. lib. ii de Nummis + [illegible] pa. 96.

Servius ad Aeneid. lib. IIII. Dum trepidant alae) Equites, trepidantes ab equis quidam appellari putant, qui hodieque trepidarii dicuntur: Cato: sedere non potest in equo trepidante.

Omne opertorium sive coopertorium iumenti sagum vocat non semel hic Auctor.

Dentitio) dentium emissio. βολ[illegible] Graecis. Aristoteles Histor. Animal. lib. 5. ἐκβάλλει δὲ καὶ ἵππος καὶ ἡμίονος μετὰ τοὺς βόλους. Hierocles in Hippiatricis. καὶ μεταβάλλοντος τὸν βόλον. [illegible] πρωτοβόλος. [illegible] qui primum dentes emiserit [illegible] [illegible]

B. Rhenan. Rerum Germanicar. lib. 2.

Hunc librum Constantinopoli auctor conscripsit quanto compendio.

Il Rapsuol Volaterranus Vegetium qui de Re milit. scripsit vocat Comitem Constantinopolitanum.

Vegetium Renatum vocat Logia. Fabri Emmeus qui Basileae primum edidit. a.° 1528. in 4.to inter libros

De hac libri editione vide Conradum Gesnerum in Bibl. [illegible] Fabri.

De Re Veterinaria Commentarius

+ quos vide obscuro [illegible] hac explicatur.

al. DE MEDICINA VETERINARIA. al. DE RE [illegible]

al. medicus Herophilus medicus equarius sub C. Cæsare: Cicero ad Atticum 14.

veterinarius Plin. l. Livius 116. Appian. Civil. 3. Val. Maximus 9. 15.

Herophilus equarius medicus Val. Maximus.

Equarius [illegible] Solinus.

Videnda haec una cum Vegetio.

De Ponderibus et Mensuris quae apud hunc auctorem leguntur vide singularem epistolam Angeli Politiani ad Franciottum Ursinum. pag. 300.

Nonius Marcellus: →

Equi nempe, boves, asini, muli &c. Veterina animalia dicuntur omnia quae vehere quid possunt. Lucretius lib. v. Et genus omne quod est veterino semine partum. Item lib. eod. post. Nec fuit ex homine et veterino semine [illegible] Confiteri [illegible] Centauros posse, neque esse.

Festus:

Veterinam bestiam iumentum Cato appellavit a vehendo.

Opilius veterinum dici putat quasi vehiterinam vel veterinam quod ad vehendum onus religatum [illegible]

Vet. Gloss.

veterina bestia, ὑποζύγιον.

sellas lovis ἀφεδρῶνας Marcellus Empiricus non semel ponit. idque scilicet pro [illegible]. Unde verbum Adsellare apud Vegetium hunc nostrum, hoc est ἀφοδεύειν lib. 1. cap. 50

Si post clysterem, vel potionem [illegible] adsellatus reddiderit.

lib. III cap. 57. [illegible] adsellare in [illegible] cap. [illegible] Desinde

[illegible]

PVB. VEGETII

VIRI ILLVSTRIS

Mulomedicina.

Ex trib. vetustiss. Codd. varietate adiecta: vnde infiniti loci addi & expurgari à quouis poterunt, vsu magno publico.

OPERA IOAN. SAMBVCI
Pannonij.



CVM CAES. MAIEST. PRIVILEGIO.

BASILEÆ
PER PETRVM PERNAM
M D LXXIIII.

[illegible] consenti[illegible]

[illegible] quatuor [illegible] pag. 590.

[illegible] probabile

[illegible] falle[illegible]

[illegible] Germanicè

[illegible]

[illegible] Columella [illegible]

[illegible] Rustica ad [illegible]

[illegible]

Hippiatri[illegible]

Hippocomia libri etiam germanicè [illegible] velari [illegible]

[illegible] qui Syri[illegible] in Praefatione

Laur[illegible] Hippiatrica Graeca [illegible] in [illegible]

Hippiatrica Gallicè a [illegible]

[illegible] Hippiatricorum [illegible] passim Glossy[illegible]

[illegible] translationem Cornarii

And. a Lacuna, [illegible] Ruellius [illegible] qui quedam [illegible]

L[illegible] Russum Hippiatrica [illegible]

Quamquam [illegible] Latin[illegible]

Marscalc Teutonibus [illegible] [illegible] [illegible]

GENEROSO AC MAGNIFICO D. RODOLPHO KHVEN DE VELASII, DOMINO IN LICHTENBERG ET GANDEGG, LIBERO BARONI IN LENGPACH, MAXIMIL. II. IMP. A CONSILIIS, CVBICVLARIO, AC SVPREMO EIVSDEM AGASONVM STABVLIQVE MAGISTRO, REVERENDISS. ARCHIEPISCOPI SALTZBVRGEN. FRATRI GERMANO, MVSARVM LITERARVMQVE PATROCINIO,

IO. SAMBVCVS PANNONIVS HOC P. VEG. DE VETERIN. MEDICINA OPVS ANTE ANNOS L MVTILVM CORRVPTEQVE EDITVM, NVNC VERO A SE EXVV. CC. PLVRIMIS IN LOCIS EMENDATVM AC RESTITVTVM. DD.

VIENNÆ IPSIS KAL. QVINCTIL. M D LXXIV.

Antonij Codri de hoc auctore Iudicium.

ILLVSTRISS. PRINCIPI FERDI-nando Regi Hungariæ, Bohemiæ, &c.

TRansfuexerat olim, Ferdinande Regum sereniſsime, ad nos D. Hermannus inclytus à Neuenare Comes, Vegetij Renati artem Veterinariam, vt eam doctiſsimorum virorũ auxilio, à mendis, quibus ſcatebat, expurgaremus, & typis excuſſam ederemus in publicum. Sed cum exemplaris infinita deprauatione deſperantes ab incœpto negotio deterriti fuiſſemus, codicemq; illum peruetuſtũ rurſum ablegaſſemus, inſtigauit ad deſperatum munus redeundum, quòd tuæ Serenitatis nomini opus hoc dedicandum aſſerebat, nimirum vt cui non ingloriosum eſſet, & egregios, & validos equos habere etiam permultos, quos hic author & à peſte præſeruari, & iam ægrotantes ſanari non incommodè perdocuit. Verum etſi non integrè natiuo nitori me redditurum conſiderem, ſperabam tamen me & Celſi tuæ rem gratam, & poſteris anſam id ſtudij diligentius perquirendi præbiturũ. Habeant itaq; per Serenitatem tuam & cæteri, Vegetium hunc, noſtro labobore à vitijs propemodum infinitis expurgatũ. quanquam ſint pleraq;, quæ abſq; αὐτογράφῳ reſtitui poſſe non crederẽ, quæ, vbi viſum fuerat, vel obelo, vel aſteriſco, vel alia quadam notula conſignauimus. Nonnulla, licet immutatis vel verbis vel verborum ordine, ſententias tamen plenas, & intellectu faciles inſinuare comperimus, quæ lectoris iudicio immutanda vel corrigenda reliquimus. mei enim candoris non eſſe cenſebam, ſi mea alienis ingererem. Quædam etiam morborum, ſimul & herbarum, remediorúmue vocabula licet immutanda cognoſceremus, conſtans tamen exemplariorum conſenſus, ne quicquam immutaremus prohibuit. nam ita fortaſsis ſcriptum ab authore non vulgares neque ineruditi perſuadebant amici. quod eo facilius effecerant, & quòd non ignorem Antonij Codri de hoc authore iudicium, & quòd ſciam apud pleroſque medicos permulta eſſe vel corruptiſsima. Quædam etiam cum vel variarent exemplaria, vel abundare viderentur, aut etiã vel parum, vel nihil ad ſententiam facerent, parentheſi interdum cinximus. De his Serenitatem tuam admonendam duximus precantes noſtrum hunc laborem (qui certè quantus fuerit, nemo facilè crediderit) hilari fronte ſuſcipere non dedignetur. Vale felix. Baſileæ anno Chriſti 1528.

S. M. T.

obſequentiſsimus Ioannes Faber Emmeus Iuliacenſis typographus.

ELEN-

ELENCHVS TITVLORVM CAPITVM LIBRI PRIMI.

Depo-

CAPITA LIBRI SECVNDI.

CAPITA LIBRI TERTII.

De mor-

*

Ad

CAPITA LIBRI QVARTI.

VEGETII RENATI ARTIS VETERINARIAE, SIVE MVLO-medicinæ, Præfatio.

MVlomedicinæ apud Græcos Latinosq́; authores non fuit cura postrema. Sicut enim animalia post hominem, ita ars [a] Veterina post Medicinam secunda est. In equis enim ac mulis & adiumenta belli, & pacis ornamenta consistunt. Sed [b] quoniam minus dignitatis videbatur habere professio, quæ pecudum promittebat medelam, ideo [à] minus splendidis exercitata, minus eloquẽtibus collata docetur in libros. Licet proxima ætate & Pelagonio nõ defuerit, & [c] Columellæ abundauerit dicendi facultas: verùm alter eorum cum rustico rei præcepta conscriberet, curas animalium leui admonitione perstrinxit: alter omißis signis causisq́; morborum, quasi ad doctißimos scriberet, tam magnæ rei fundamenta neglexit. Chiron verò & Absirtus diligentiùs cuncta rimati, eloquentiæ inopia, ac sermonis ipsius vilitate sordescunt. Præterea indigesta & confusa sunt omnia, vt partem aliquam curationis quærenti necesse sit errare per titulos, cum eisdẽ paßionibus alia remedia in capite, alia inueniantur in fine. Additur etiam quòd studio lucri quædam ita sunt compositæ potiones, vt pretium enorme contineant, & curæ taxatio animalis æstimationem propè videatur æquare: vt pleruncq; aut parci homines, aut certè prudentes, animalia sua canibus dedant, aut damnosam curationem dißimulent. His & talibus rationibus inuitatus, cum ab initio ætatis alendorũ equorum studio flagrarem, hanc operam non inuitus arripui, vt conductis in vnum Latinis duntaxat authoribus vniuersis, adhibitis etiã Mulomedicis & Medicis non omißis (nam Mulomedicinæ doctrina ab arte Medicinæ non adeo in multis discrepat, sed in multis plurimisq́; consentit) inquantũ medio-

a

critas ingenij patitur, plenè ac breuiter omnia epitome congererem, causasq; & signa morborum omnium declararē. Nam si laus prima medicorum est genus ægritudinis in homine reperire, qui paßionem suam & manu potest, & voce [a] signare, quanto magis in Mulomedicinâ necessarium creditur genus ægritudinis nosse, cum mutum sit animal, & non poßit proprium indicare languorem, & ab imperitis ad opus aliquod laboremq; cogatur. Sic geminum subeat ex morbo & fatigagatione discrimen: aut certe neglectum, inueteratâ ægritudine nequeat fere curari. Sicut Mantuanus poeta diuino ore testatur: Morborumq; & causas, & signa docebo. Absq; dubio autem omnis cura uacabit, si genus paßionis ignoretur. Ex inani persuasione illud generatur incommodum, ut honestißimus quisq; erubescendum ac vile credat iumentorum nosse medicinam. Primū, nullius rei scientia vilis est. Nam cum in humana vita conuersatione aliud fugiendū, aliud uero sequendum sit nō est perfecta peritia, nisi [b] quæ vtraq; cognouerit. Deinde, quis æstimet erubescendum talem peritiam quæ damna submoueat? Nam sicut incolumitas iumentorum habet lucrum, ita eorum interitus afferre videtur incommodum. Præsertim cùm mancipia, quorum plebeia curatio non putatur, sæpe vilioribus pretijs, quàm equi vendantur aut muli. Postremò circa equos siue ad vehēdos locupletes aptos, siue in circi contētione victores, siue in prælijs (vt ita dixerim) probatißimos bellatores, acerrimum studium amoremq; constat [c] esse dominorum. Nec immerito voluptati natum animal salutis gratiam meretur ab homine. Quis autem nosse curas iumentorum erubescendum putet, cum optima iumenta habere gloriosum sit? Quis vituperationi det id posse curare, quod laudi ducitur poßidere? Forsan ipsa opera Mulomedicorum videtur abiectior, notitia autem curationis non solum honestißimis, sed etiam disertißimis cōuenit: vt prouisione & ordinatione solerti curatis animalibus, & damnis careant, & voluptatibus perfruantur. Sed alij morbi sunt, qui ea tantùm

anima-

[a] significare

[b] utroq; cognito

[c] habere

cæperint

animalia, quæ occupauerunt, vexant: Alij licet ab vno vel paucioribus quæ pereunt, in plura, quæ pariter stabulantur vel alũtur, in totos sæpius greges sæuissima cõtagione transmigrant, vt quamuis sanum animal intra breue tempus, alienæ ægritudinis afflante vicinia, repente depereat. Rectius est ergo eorum prius morborum & signa & causas prædicere, curasq́; monstrare, qui quodam transitu pluribus nocent. Nam aduersus maiora dispendia, maiorem sollicitudinem oportet impendi. Prima igitur iumentorum vtilitas est, domini, vel procuratoris, vel pastoris ipsius amor atq; diligentia. Comes enim semper est affectiõis industria: & incolumia semper *cupimus quæcunq; diligimus. Domita animalia aut præsepibus aluntur aut pastu. Indomita latioribus nutriuntur in saltibus. Quotidie ergo, vel frequentissimè speculari conuenit habitum iumentorum. Nam diligentibus morbus ipse se prodit.*

licet ab vno [...] cæperit in plures, qui pariter in eodẽ stabulo aluntur, &c.

Cap. I [...] signis &c.

VEGETII RENATI
ARTIS VETERINARIAE, SIVE MVLOMEDICINAE, Liber primus.

Quibus SIGNIS *ægritudo animalium cognoscatur.* Cap. I.

CONTINVO ANIMAL QVOD valetudo tētauerit,[a] tristius inuenitur, aut pigrius, nec consueto vtitur somno, nec solito se more transuoluit, nec requiem vt assumat accumbit, nec deputatum cibum assumit ex integro, [b] & potum aut intemperantius accipit], aut omnino fastidit, stupentibus oculis, auribus flaccidis, [c] erecto visitur pilo: exhausta sunt ilia: fit spina rigidior, anhelitus crebrior, aut grauior [*os asperum, & solito feruentius, tussis aliquando lenis, aut grauior*] incessus ipse, quo maximè notatur, segnis ac nutans. Cùm huiusmodi signa in iumento vnum vel plura conspexeris, statim illud separabis à cæteris, vt contagionem non inferat proximis, & facilius in solo iam causa morbi possit agnosci. Si diligenter habitum, post vnam, secundam, vel tertiam diem ab illa mœstitia fuerit absolutum, nihilq; resederit in corpore ipsius quod putetur ambiguum, scito ex leuioribus causis illam venisse tristitiam, & animal consuetudini pristinæ esse reddendum. Nec explorandi omittatur intentio: nam frequentius inspici debet & cautius, quod semel cœpit esse [d] suspectum.

[a] *mœstius ingreditur*
[b] *potū aūt aut intemperantius appetit*
[c] *visu, turpi pilo*
[d] *spectandū*

Quot sint genera morborum. Cap. II.

MOrborum quidem diuersæ sunt [e] species, sed vno generali vocabulo continentur, quod ab antiquis

[e] *passiones*

quis Malleus nominatum est, ipsa appellatione vim cladis periculumq; testantes. Sunt autem species Mallei numero septē: Humidus, Aridus, Subtercutaneus, Articularis, Elephantiasis, Subrenalis, Farciminosus. [a] Signa omnium dicamus.]

[a] V. C. non habet.

Signa morbi humidi. ~~Cap. III.~~

HVmidus morbus est, cui de naribus pro mucis humor defluit malè olens, & spissus, colore pallido. [b] Huius grauatur caput, oculi lachrymantur, & strider pectus, fit gracilis horrentibus pilis, tristis aspectu, quem profluuium [c] atrum veteres vocauerunt. [d] Quándocunque autem sanguinolentus humor vel croco similis per nares fluere cœperit, iam insanabilis est & vicinus morti.

[b] Habet grauatum
[c] atticum
[d] Cui

Signa morbi aridi. ~~Cap. IIII.~~

ARidus autem morbus his agnoscitur signis. Nullus ei per nares supra solitum humor emanat, suspirat tamen grauiter, & nares habet extensas, ilia [e] cauabit intrinsecus, & contractionem spinę duriciámque patietur: testiculi eius ita [f] substringuntur, vt apparere vix possint: cibi parcior, bibendi appetentior vltra morem. Propter quod pulmone siccato, internum patitur ardorem, tensis oculis in obliquum respicit [g], nec facilè [h] cubet. [i] Hunc suspirium vocant & insanabilem, nisi ab initio festina curatione subueneris.

[e] curuabit
[f] distringūtur
[g] Hoc facilè curabitur.
[h] cacabit.
[i] Habēs suspirium notat insanabile.

Signa morbi subtercutanei. ~~Cap. V.~~

SVbtercutaneus morbus autem his proditur signis: [k] Vulnera in corpore eius scabiei similia nascuntur, ex quibus humor effluit liquidus & viridis, qui pruriginem mouet, vt scalpere parietibus vel colum-

[k] Vlcera

nis animalia sæpe fricare compellat, [a] quo vlcera cortic ē [b] ducent. Huic nec humor per nares emanat, nec anhelat, nec cibū recusat, nec respuit potum. Propter quod diu [c] viuit Et ideo si cura nō desit, ex hoc plurima iumēta liberantur. Quidam verò scabiem subtercutaneum morbum dicere tentauerunt, quod similia supradictis signis videatur ostendere, & contagionem transferre per proximos, & tardius sanari. Sed quia nec necem, nec gregi infert facilè periculum, à pestiferi illius mallei societate discretus est, & seorsum ab illa dicetur.

[a] que
[b] durant
[c] bibet

Signa morbi articularis, ~~Cap. VI.~~

ARticularis autem morbus, quem ἀρθρῖτιν Græci vocant, per hæc monstratur indicia: Interdū paucis, interdum plurimis diebus ab articulis claudicabit, vt aut ictu calcis animalis alterius percussus, aut negligentia impactus, aut saxo vel fuste videatur elisus. Sed hæc solet esse distantia, vt [d] illa quælibet læsio loco figatur: hæc autem passio, quia erratica est, subitò ad pedem alterum migrat. Præterea ossibus astringitur cutis, & adtactum tractanti dura resistit. Rigescit [*in*] spina, corpusq; contrahitur, [e] pilus erectus & horridus, ac deformis aspectus, macie corpus affectum. Et quamuis non recuset alimenta, nec curat si desint, indies tamen deterior fit & tristior, [f] difficulterq; curatur.

[d] *quòd illa paßio subitò ad pedē alterum migrat.*
[e] *pilis erectis & horridis.*
[f] *laborioséq; sanatur.*

Signa morbi farciminosi. ~~Cap. VII.~~

FArciminosum vocabulum ex genere passionis euenit. Huiusmodi deprehenditur argumento: In lateribus, & in coxis, & in verendis quoque partibus, & præcipuè in iuncturis membrorum, vel in toto corpore collectiones inflantur: rursumq; his velut sedatis, aliæ renascuntur: cibum potúmque ex more recipiunt,

macrescunt

macrescunt tamen: quia digestio eis plena non prouenit, hilares aspectu, sanísque similes creduntur ab indoctis artis Mulomedicinæ, quia exterius agitur causa: quibus imperitia artificum sanguinem festinat auferre. Sed contraria ista curatio est. Nam affectis farcimino, quicquid superest virium [a] tollitur. In initio tamen ne morbus increscat, vel in fine, cùm iam vires redire cœperint, emissio sanguinis iuuat.

[a] tollit

Signa morbi subrenalis. Cap. VIII.

SVbrenalis morbus non minus nomine, quàm ipsa passione monstratur. Nam animal velut renibus læsis, à posteriori parte deficiens, prodit mortiferæ necessitatis indicium, tussiet grauiter, horrebit aspectu, cutis duritia ex spinæ rigore proditur, parcius potum, parcius adpetit cibum. Huic quia tota vis morbi possidet lumbos, à femoribus incipit prima curatio.

Signa morbi Elephantiasis. Cap. IX.

ELephantiasis autem dicitur ex similitudine elephantis, cuius naturaliter pellis dura & aspera, morbo nomen & in hominibus, & in animalibus dedit: Cuius signa hæc sunt: In toto corpore vredo nascitur, pręcipuè in dorso, squamas similes corticibus facit. In naribus, in pedibus etiam, & in capite, papularum feruor emergit, vel ozœnæ asperiores frequenter oriuntur. Priusquam hęc ostendantur indicia, ventre soluto erit, & marcescit, & asperè tussiet. Cuius os totum cum lingua asperum & simile creditur esse combusto. Quæ passio pullis à matre depulsis plerunq; perniciem cõsueuit inferre. Hunc diligẽter curare cupientes, non ante de foris aliquo medicamento fouere contendunt,

[a] *pus euellatur interius*

[b] *asperior & crebra*

[c] *desinant*

[d] *Desunt in V.C.*

nisi prius potionibus datis, [a] pestis eleuetur interior. Nam extrinsecus cepta medicamenta morbum nō eximunt, sed ad interiora compellunt, & hac ratione periculum generant. In animalibus eiusmodi morbo laborantibus generalia ista sunt vitia: tussis [b] aspera & crebra suspiria, spina contracta & rigida, macies semper increscens, cum studiū & alimenta nō [c] desint, demissior ceruix, stupentes oculi, tardior incessus. Nunc signis omnibus generaliter singulariterq; digestis, singulorum morborum speciales propriasq; curas oportet adiungere. [d] Post hæc de generali minutione singulorū, & adustione docens, concludam librum primum.]

DE MORBORVM CVRATIONIBVS. CAP. III.

Cura [e] morbi humidi. Cap. X.

[e] *mallei*

[f] *scyphonē*

[g] *infundens*

[h] *ad*

[i] *infusum*

[k] *V.C. Item accipe febrifugā, et asari radicem, & fac puluerem, quem naribus per fistulam insufla. vt sternutet: multū prodest.*

MAlleus morbus si humidus fuerit, ita vt per vtrāq; narem virides defluant muci, inter exordia caput cius adhibita curatione purgandum est ita: Olei optimi vncias iij. liquaminis floris vnciam j. vini veteris cyathos iij. Sereno tranquilloq; die pariter commiscebis, & cum tepefeceris infundes in naribus: caput religabis ad pedes, sensimq; iumentum impeditum compelles incedere, vt omnis humor emanet: ad [f] siphonem autem paulatim [g] infundes non semel [h] a cornu. Quòd si sanguis postmodum cœperit fluere, nihil timendum, sed potius sciendum est, animal legitimè fuisse purgatum. Post quod seuum caprinum resolutum oleo miscebis, [i] infusis naribus exulcerationis illius mitigatur asperitas. [k] Radicē quoq; laseris tonsam, & per fistulam uento naribus insitam, vt sternutum prouocet, adhibere commodum est.] Caput etiā extrinsecus auriculasq; oleo calente diligenter perunges, & lana cerebro indita, ab omni perfrictionis necessitate munibis. Nasturtij quoq;

quoq; ſemen bibendum dabis ex aqua.Præterea potio-
nem dabis, quæ diapenton vocatur, & hac ratione con
ficitur:[a] Murræ,gentianæ,ariſtologiæ longæ, baccas lau- [a] *Myrrhæ tro-*
ri,raſuras eboris bene tritas & cribratas æquis miſcebis *glitæ*
ponderibus,ſeruabisq;. Exinde prima die vnum coclea-
rium cumulatum cum ſextario vini veteris,ſecunda die
vnum & ſemis,tertia autem die duo coclearia tepefacto
mero aſperſa, & diligenti agitatione permiſta dabis ad
cornu. Poſtea ex ceruice de matricali vena ſanguinem
detrahes,permixtumq; acerrimo aceto,omne equi cor
pus [b] perunges, & contra pilum diligenter fricabis, vt [b] *perfundes*
ad ſimilitudinem glutinis adhæreat. Iumentum quoq;
in loco calido conſtitues.Si cibum faſtidit,[c]æſtate dun- [c] *ſtatim*
taxat farinæ hordeaceæ ſextarium vnum quinq; ſexta-
rijs aquæ permixtum equo dabis in potu. Triticeam
quoq; farinam ſimili menſura & ratione offeres ad bi-
bendum.Si autē faſtidit,non ideo aliud dabis,[d]quouſq; [d] *quam* [illegible]
hoc ex iſta neceſſitate ſanitatem percipiat.] De palato *neceßitate ſitis*
quoq; poſtea ſanguinem detrahes, vt omni ex parte, ſi *percipiat.*
qua morbus prægrauare cœperit,releuetur.Scito niſi di
ligenter occurras, hunc eſſe periculoſiſſimū morbum.
Nam cito in ſuſpirium,hoc eſt,anhelitū tranſit,& ſpem
omnem ſalutis excludit.

Cura morbi aridi. ~~*Cap. XI.*~~

ARidus verò morbus,qui & ſuſpirioſus præcipue di-
citur: & hic negatur à quibuſdā poſſe curari,pro-
pterea, quòd phthiſi, quæ hominibus mortifera
eſt ,ſimilis inuenitur. Quotidie enim macie creſcente,
exilior redditur,[e] penituſq; ſiccatur.In omni autem ra- [e] *paſtu*
tione medicinæ, facilius eſt quæ abundauerint [f] dimi- [f] *adimere*
nuere,quàm quę videntur deeſſe ſupplere.Salus tamen
iumentis etiam in hac paſsione præſtatur,ſi inter prin-
cipia poſsit occurri. Sanguinē ſiccis detrahere,contra-

nisi prius potionibus datis,[a] pestis eleuetur interior. Nam extrinsecus cepta medicamenta morbum nõ eximunt, sed ad interiora compellunt, & hac ratione periculum generant. In animalibus eiusmodi morbo laborantibus generalia ista sunt vitia: tussis[b] aspera & crebra suspiria, spina contracta & rigida, macies semper increscens, cum studiũ & alimenta nõ[c] desint, demissior ceruix, stupentes oculi, tardior incessus. Nunc signis omnibus generaliter singulariterq; digestis, singulorum morborum speciales propriasq; curas oportet adiungere. [d] Post hæc de generali minutione singulorũ, & adustione docens, concludam librum primum.]

[a] pus euellatur interius

[b] asperior & crebra

[c] desinant

[d] Desunt in V.C.

DE MORBORVM CVRATIONIBVS. CAP. III.

Cura[e] morbi humidi. Cap. X.

[e] mallei

MAlleus morbus si humidus fuerit, ita vt per vtrãq; narem virides defluant muci, inter exordia caput eius adhibita curatione purgandum est ita: Olei optimi vncias iij. liquaminis floris vnciam j. vini veteris cyathos iij. Sereno tranquilloq; die pariter commiscebis, & cum tepefeceris infundes in naribus: caput religabis ad pedes, sensimq; iumentum impeditum compelles incedere, vt omnis humor emanet: ad[f] siphonem autem paulatim[g] infundes non semel[h] a cornu. Quòd si sanguis postmodum cœperit fluere, nihil timendum, sed potius sciendum est, animal legitimè fuisse purgatum. Post quod seuum caprinum resolutum oleo miscebis,[i] infusis naribus exulcerationis illius mitigatur asperitas.[k] Radicẽ quoq; laseris tonsam, & per fistulam uento naribus insitam, vt sternutum prouocet, adhibere commodum est.] Caput etiã extrinsecus auriculasq; oleo calente diligenter perunges, & lana cerebro indita, ab omni perfrictionis necessitate munibis. Nasturtij quoq;

[f] scyphonẽ

[g] infundens

[h] ad

[i] infusum

[k] V.C. Item accipe febrifugã, et asari radicem, & fac puluerem, quem naribus per fistulam insufla. vt sternutet: multũ prodest.

quoq; semen bibendum dabis ex aqua. Præterea potionem dabis, quæ diapenton vocatur, & hac ratione conficitur:[a] Murræ, gentianæ, aristologiæ longæ, baccas lauri, rasuras eboris bene tritas & cribratas æquis miscebis ponderibus, seruabisq;. Exinde prima die vnum coclearium cumulatum cum sextario vini veteris, secunda die vnum & semis, tertia autem die duo coclearia tepefacto mero aspersa, & diligenti agitatione permista dabis ad cornu. Postea ex ceruice de matricali vena sanguinem detrahes, permixtumq; acerrimo aceto, omne equi corpus[b] perunges, & contra pilum diligenter fricabis, vt ad similitudinem glutinis adhæreat. Iumentum quoq; in loco calido constitues. Si cibum fastidit,[c] æstate duntaxat farinæ hordeaceæ sextarium vnum quinq; sextarijs aquæ permixtum equo dabis in potu. Triticeam quoq; farinam simili mensura & ratione offeres ad bibendum. Si autē fastidit, non ideo aliud dabis,[d] quousq; hoc ex ista necessitate sanitatem percipiat.] De palato quoq; postea sanguinem detrahes, vt omni ex parte, si qua morbus prægrauare cœperit, releuetur. Scito nisi diligenter occurras, hunc esse periculosissimū morbum. Nam cito in suspirium, hoc est, anhelitū transit, & spem omnem salutis excludit.

a *Myrrhæ troglitæ*

b *perfundes*

c *statim*

d *quam necessitate sitis percipiat.*

Cura morbi aridi. ~~Cap. XI.~~

ARidus verò morbus, qui & suspiriosus præcipue dicitur: & hic negatur à quibusdā posse curari, propterea, quòd phthisi, quæ hominibus mortifera est, similis inuenitur. Quotidie enim macie crescente, exilior redditur,[e] penitusq; siccatur. In omni autem ratione medicinæ, facilius est quæ abundauerint[f] diminuere, quàm quę videntur deesse supplere. Salus tamen iumentis etiam in hac passione præstatur, si inter principia posit occurri. Sanguinē siccis detrahere, contra-

e *pastus*

f *adimere*

rium est: sed vino & oleo sufficienter admixto & tepefacto, perungendum toto corpore animal est: Ita vt caput & maxillę, & extrinsecùs fauces eidem largius infundantur, & contra pilum vsq; ad sudorem diutissimè confricentur. Intrinsecùs autem à prima die hac potione curandum est: Succum ptisanæ, adipem suillum remissum, & amilum ex melle passoq; decoctum per cornu in potione dabis, vt canalis gutturis eidem, maxillarumq; compago laxetur, quam siccitas astrinxerat morbi. Quo facto, in loco calido stabit. Infusum hordeum herbamq; viridem, si inuenta fuerit, debet accipere, vt omni ex parte periculosa ariditas temperetur. Consequenter talis eidem potio præparetur: Passi optimi sextarium vnum, iridis Illyricæ vnciam vnam, piperis nigri semiunciam, croci scrupulum, myrrhæ [a] trigonitis semiunciam, pollinis thuris unciam vnam, oua cruda quinq; pariter mixta prima die dabis ex integro, ita vt per triduum ipsam misceas semper & offeras, vt tam grauis morbi asperitas, potionis dulcedine mitigetur. Post hæc, melle, butyro, axungia, salibus, & [b] pavulcaophis pro æqua omnium portione confectis, succo ptisanæ ac passo inuolutis adtinctum animal replebis, & die prima quinq; pillulas, sequenti septem, tertia die nouem daturus ex more. Expensis autem his, nec vngere cum vino & oleo tepefacto desit industria. nam amarissimus morbus cum sit, aliter non potest, nisi amaris potionibus solui. Contraria enim non nisi contrarijs medicinis curantur. Potionem diapenten, sicut superius monstratum est, non solum per triduum cum vino, sed per dies plurimos dabis, vt tantum discrimen possit euinci. Quòd si grauior tussis & strangulans vrgebit, accipe fabæ fractæ [c] sextarium vnum, seui caprini vncias tres, [d] allij capita maiora tria, permixta decoques, & cũ passo, vel succo ptisanæ hordeaceæ tepidum dabis

[a] draganti

[b] spiculam salem

[c] sextarium

[d] scorodon

dabis ad cornu. Quòd si tardius profecerit ista curatio, ficus siccæ [a] pondera duo diligentissimè tundes [b] in pila, fœnugræci sextariū decoques, quousq; aqua ad medietatem veniat: pòst colabis, & fœnugræcum in mortario cum ficu conteres, allij quoq; vncias tres contundes similiter in mortario, & tam rutæ quàm apij fasciçulos ternos: quibus omnibus pariter mixtis diligenter tritis, addis dracontij vncias duas. Aqua in qua fœnogræcum coctū fuerit, superfundis] potionemq; facias quę per cornu possit effluere: quam etiam tussientibus vel vulsis aut ruptis animalibus per triduum dabis. Sequēs remedium in aridum morbum: [c] Inter nares iumenti [d] scalpello secabis, & aquam frigidam [e] per fistulam latam eius ori suppones, naresq; [f] ipsius assiduè diebus plurimis merges, vt spiritum distabescat in aqua. Potionem quoq; ei quotidie dabis huiusmodi: Succum ptisanæ cum [g] seuo caprino decoctum, sextarium vnum, sulphur [h] viuū, thus quoq; masculum æquis ponderibus deteris atq; commisces: ex eo coclearea singula diebus singulis cum ptisana [i] permixta defundis ad cornu. Cum autem cœperit esse validior, de ceruice sanguinem detrahes, additoq; aceto animal perfricabis.

a duas partes
b in mortariū, deinde addas alligalici vncias iij. & tam rutæ quàm Appij fasciculos ternos, quibus pariter in mortario missis, & diligenter contritis, addes draganti vnc. ij & aquā in qua fœnumgræcū coctum fuerit, superfundens.
c Intus
d sagittella
e fistula latiori
f ipsas
g sero
h vinum
i & infundis per cornu

Cura morbi subtercutanei. ~~Cap. XII.~~

SVbtercutaneus morbus, [k] cum humor pestifer [l] intra corium & viscera [m] commeat, hac ratione curandus est: [n] Fistulam ei facies vel cauterium, inter armos eius & ventrem loco consueto. [o] ad mensuram incisa cute, die sereno, [p] & si spacium est, luna minuente, indis vt mos est, per quam omnis [q] è visceribus humor educitur, coloris aurei vel crocei, [r] languoris tabe corruptus. Quę si [s] minus traxerit, radicem herbæ tytimali [t] eodem uulnere inseres septem diebus, quę residuum virus educat.

k cui
l inter
m meat
n Fac incisionē
o & mensura in cute
p & sit lunaris incisio:
q de
r longiori
s non bene laboraret
t impone

[a] Est & aliud remediũ. Radiculam quã quidã consiliginẽ vocãt, quidã pulmonaceam, qua Mulomedici frequenter & Bubulci vtuntur, in pectore animalis hac ægritudine laborantis eatenus pones, vt acuto cuprino circines locum. Postea corio perforato radiculam interseris, quæ ibidem sponte tam diu permanebit, quousq; cutis quatenus cuprino signata, in putredinem sit versa, & à toto corpore ad illum locũ humor trahatur, & per vulnus emittatur.] [b] Hinc potionẽ [c] diapenten superius desi gnatã, cum vino veteri optimo, per triduũ, vel, si necessitas erit, ꝑ dies plurimos dabis. Apiũ quoq; viride, & baccas lauri, vel [*folia*] istę res si nõ inuenirẽtur, [*bacca*] lauri & cucumeris syluatici [d] folia, per partes minutissimas concîdes, hordeoq; miscebis, [e] vt animal sicut è potione diapenton, ita ex cibo sentiat medicinam.] Huic tamẽ aquam tepidam cum farina hordeacea vel triticea darete conuenit, & in loco tepido stabulare. Nam frigus [f] humoris augmentum est, & reumatis. Cibum quoq; magis siccũ quàm viridẽ in hac passione debet accipere, & exerceri vehemẽter, vt sudore siccetur humor infestus.

a Est & aliud remedium. Radiculam vnam. bellebori nigri perforato corio inseres, quæ ibidem sponte sua ꝑmanebit quousq; cutis signata decidat in putredinẽ versa. Ex toto enim corpore ad illũ locũ humor attrabitur & per vulnus emittitur.
b Huic
c quæ vocatur diapente
d radicem
e & animali languido pro cibo dabis: sicut potionem diapente pro potu.
f humorem auget.

Cura morbi articularis ~~Cap. XIII.~~

ARticularis morbus his declaratur signis: Claudicabit [g] alternis pedibus modo prioribus, modo posterioribus, & quasi tumor eidem in articulis circa coronas, uel certè in genibus apparebit, propterea quòd pestilentia morbi corruptus sanguis, neruos & venas implet, & lædit atq; debilitat. Huic sanguinem primò de ceruice, hoc est, de matricali vena detrahes: quẽ aceto acerrimo permixtum, per totum animalis corpus induces, ita, vt illa loca, quæ vexata sunt, diligentius vngas. quia creditur sanguis emissus è corpore, & corpori rursus cũ aceto impositus, vitia morbosa siccare. Quod si vel in genibus, vel articulis se morbus ostenderit, de eisdem locis sanguinem detrahes, [h] cui adiicies cretam cimoliam

g pedibus diuersius.

h cui adijcies Cretam Cimoleam, aceti sextarij iij. Item lib. vnam Cimini triti vel lib. j. resinæ liquatæ uel picis liquidæ lib. j. salis cõmunis pugillum, &c.

cap. 9. lib. 4.

cimoliam, id est, albam, vrticę libram, tres sextarios aceti, cimini triti libram, resinæ frixæ libram, picis liquidæ libram, salis communis pugillum,] stercus bubulinum recens quantum creditur posse sufficere: ex hoc vbicunque tumor apparuerit diligenter sæpius [a] illinies. De palato specialiter sanguinem detrahes, ne cōtagio caput occupet. Ab armis quoq; [b] deplendū est, si [c] in priorib. pedibus claudicatio apparuerit. Vel certè de coxis auferendus est sanguis si à posteriorib. cœperit claudicare. Dabis quoque ei potionem aduersus omnes morbos probatissimā: Centauream, absinthium, peucedanum, [d] serpillum, sagapinum] betonicam, saxifragam, aristologiam rotundam: hæc omnia æquis ponderibus tonde diligenter & [e] cernes: si febrit animal, cum aqua: si verò non febrit, cum vino optimo dabis, vt singulis diebus per sextarium vini vel aquæ tepidæ cocti prædicti medicaminis [f] singula maiora cochlearia plena & cumulata commisceas] & per fauces [g] digeras, vt amaritudinem morbi, herbarum amaritudo compugnans possit expellere.

[a] linies
[b] sanguis detrahendus est.
[c] de
[d] M.s. nō habet
[e] cribra
[f] vnū cochlearium maius misceas.
[g] immittas

Cura morbi farciminosi. ~~Cap. XIIII.~~

FArciminosus autem morbus à similitudine farciminis appellatus est: quia velut per fistulas quasdam inter cutem & carnem corruptus humor emanat, & per totum corpus collectiones plurimas facit, & aliis velut minuentibus aliæ rursum nascuntur. [h] Sed passio licet contagiosa sit, facilius tamen inter principia curabitur: quia [i] interna eorum adhuc sana sunt, sed corruptus humor ex morbo inter cutem & carnem versatur. Huic tamen [k] in initio tantummodo, antequam incipiat marcescere, aut in fine, cùm iam bene fuerit reparatum, detrahendus est sanguis. Nam in media passione si flebotomia vti volueris, ægrotum ani-

[h] Hæc
[i] interiora
[k] etiā in initio antequam

mal nequaquam curabis. Sed collectiones quascunq; feceris, inuri rectis cauterijs cõuenit: & vt efficacius prosint, cuprinis cauterijs est vtendum: quæ vulnera pice liquida, admixto oleo & melle curantur. Potiones catharticas, vel nimis amaras [a] debet accipere, id est diapenten cum vino, sicut superius dictum est, quę ad omnia genera morborũ animalium efficaciter prodesse cõsueuit. Præterea radices ebuli lib. j. infundis per triduũ [b] sextarijs tribus vini optimi. Post semiunciã optimi aloes, centaureæ vnciam j. [c] opopanacis vnciã j. diligentissimè teres, & de illo vino, in quo ebuli radices infusæ fuerint, sextarium j. mittes, & tepidum per cornu dabis. Quam mensurã triduò custodire tę conuenit, vt etiam per ventrẽ huiusmodi catharticis potionib9 digeratur humor infestus. Quẽ exercere in cursu, quousq; ad plenum sudorẽ veniat, sæpius conuenit; & curatũ obseruatione prædicta, in pascua mittes, vt diu noctuq; æstiuo tẽpore sub diuo & libero aëre pascatur, quatenus & varietate herbarum oblectatus, & Solis calore siccatus, rursusq; noctis aura & rore contactus, facilius digerat morbum.

a oportet

b libris

c ad panacis

Cura morbi subrenalis. Cap. XV.

SVbrenalis morbus, vt periculis plenus est, ita ad intelligendũ apertissimus inuenitur. Nã renes iumenti occupat atq; dissoluit. Propter quod animal in primis partib. alacre, posteriora [*vix*] trahere cõsueuit. Huic hac ratione succurratur: De vtroq; [d] latere, vel de femore incisis cõpetenti loco venis, copiosus sanguis emittatur, qui acri aceto permixtus, per omne corpus, & pręcipuè super renes animalis inducitur. Potionẽ notissimã diapenten ad cornu per os debet frequenter accipere. Sed & per anum calidissimis speciebus [e] clysterij ingestione curandum est. aloes vnciã j. pyretri vnciã j. euphor-

d V.C. nõ habet

e clysteris iniectione

euphorbij vnciã ſemis, pulegij bene triti vnciã j. baccarum lauri vnciã j. caſtorij ſemiunciã, ſeminis ſinapis vncias iij. ſalis triti heminam: hæc omnia diligenter cõtuſa in tres diuides partes, & diebus ſingulis cum aqua, in qua furfures tritici decocti fuerint, tepida, ſicut curæ [a] igit ratio, quaſi ſingulos ſemiſextarios [per] clyſtere [b] per inteſtinũ animalis infundis, vt calefactis intrinſecùs renibus, reſolutus humor poſſit per ventrem cum ſtercore emitti. Præterea lumbi ipſius oleo laurino vino calido permixto cõfricandi ſunt vehementer & ſępe, vt [c] deforis & intrinſecùs [d] acerbiſſima paſſio poſſit [e] euinci. Cauteria quoq; renibus imponuntur, vt vis morbi ignis ardore ſiccetur. Danda quoq; eſt potio [f] octo ſpecierum decocta, cuius in articulari morbo fecimus mentionẽ, [g] quia in omnibus efficaciter prodeſt.

[a] M. s. nõ habet
[b] in
[c] & foris
[d] acerrima
[e] auerti
[f] de octo ſpeciebus
[g] quæ

Cura morbi Elephantioſis. Cap. XVI.

ELephantioſis morbi [h] cauſa ſuperius eſt indicata, cui talis eſt adhibenda medicina, vt nõ extrinſecùs vredinem vel vulnuſcula ipſius curare tentemus. Nam morbus [i] refugiet intus, & penetrabit [in] viſcera, ac periculũ gignet. Sed primùm de matrice tollendus eſt ſanguis, & acri aceto cõmiſcendus: ac toto inducendus eſt corpori. Poſtea de palato, &, ſi vires [k] permiſerint, de cęteris locis quæ morbus infeſtat, pro modo [l] & tẽpore] minuẽdus eſt ſanguis, & cũ aceto rurſum imponendus. Pulli autẽ à matre depulſi, & ad ſtabula religati, præcipuè ſolent hunc morbũ incurrere: [m] quia digeſtio cibi, qua in paſcuis vtebãtur] primæ [n] exercitationis aufertur [modus] & nondũ ad reſidendũ robuſti, ad pręſepia ſtare cogũtur. Elephãtioſi morbo, & omnib. mallei paſſionib. non ſolũ diapẽte, cuius [o] experimẽtis indubitatę ſunt vires, [p] & ſine quo Mulomedicus mutil' eſt] ſed hęc quoq; potio pręparãda atq; ſeruãda: Mirrę [q] tri-

[h] diſcretio
[i] refugiens intrinſecus
[k] patiuntur
[l] V. C. nõ habet
[m] M. s. non habet
[n] excitationis
[o] exprimenti
[p] M. s. non habet
[q] troglitæ

gonitis libram j. thuris masculi libram vnam, corij mali punici selibram, piperis vnciã j. croci vncias sex, acaciæ rufæ selibram, absinthij pontici selibrã, serpilli libram vnam, betonicæ libram vnam, centaureę libram vnam,

[a] serapini
[b] peucedeni
[c] stanneo

[a] sagapini vncias tres, saxifragæ vncias sex, [b] tensedoni vncias sex: hæc omnia tusa & bene cribrata cum melle optimo decoques, & in vase vitreo vel [c] stagneo recondita seruabis: nam per vetustatem magis valet. Ex quo medicamento singula cochlearia cumulata singulis animalibus morbidis cum sextario aquæ calidæ, & tribus vncijs olei optimi [d] permixta per triduum dabis. Vbi proficere cœperint, [e] cum vino optimo & oleo dabis (sicut dictum iam est) cochlearia singula continuis diebus. Ex qua potione nõ minus quàm diapente quolibet morbo correpta animalia liberantur. [f] Pulli tamen beneficio ætatis euadunt facilius: sæpe incurati moriuntur.]

[d] mixtim
[e] ex
[f] M.s. nõ habet

Causa & cura generales morbi mallei. Cap. XVIII.

EA quæ ad morbi mallei execrabilis curationem pertinebant, abundanter constat exposita, sed tanta vis ipsius morbi est, vt nihil expediat omitti. Nam gregum in pascuis funestus interitus, animalium quoque in stabulis mortes innumeræ ex ipsius contagione proueniunt, & ab imperitis vel negligentibus curam aut diuinæ iracundiæ imputatur aut [g] fato. Denique, sicut suprà declaratum est, ab vno animali incipit ipsa pernicies, & festinanter ad cæterorum transit exitium. [h] Propterea semper sunt separanda] in quibus suspitio tantæ pestis cœperit apparere, vsque eò, vt etiam corpora mortuorum animalium, quæ ab illo morbo interempta fuerint, exportanda sint ad ea loca, per quæ aliorũm animalium transitus non fit, & [i] profundè obruenda sub terra. Nam & viuorum, quæ corrupta fuerint

[g] meritis
[h] Et propter hoc semper repellenda sunt ab alijs illa.
[i] altitudine

fuerint, & mortuorum fœtidissimo odore, sana primò iumenta corrumpuntur ac pereunt. Cuius morbi causas plurimi Mulomedicinæ authores reddere tentauerunt, asserentes ex nimia lassitudine cursus [a] vel saltus] violēter exorti, aut ex calore æstatis, vel frigiditate hyemis, aut si volentes emittere lotium, non sinantur, vel si hordeum sudantes acceperint, & si post cursum calidi biberint, [*vel hordeū corruptum acceperint*] [b] & si plena vesica] vel post potū cogantur ad cursum, aut fœnū comederint, hordeumq; [c] corruptum. Ex his vel huiusmodi causis malleus morbus consueuit generari. Vitanda quidē sunt ista omnia, nam ex his periculosæ ægritudines iumētis sæpe proueniunt. Malleus aūt morbus, ex aëris corruptione præcipuè descendit. Nam Austro & Africo vento flantibus, interpositis annorū spacijs, recursu (vt asserunt) [d] catastematis, sicut certo tempore homines pestilentia corrūpuntur, sic animalia ille aër corrūpit & perimit. Vnde probatissime & plures necessariæ sunt potiones, quæ aduersum tantā vim præstare ualeant salutis auxiliū. Quarum partē iam pagina cōprehendimus, partē ex omnibus authorib. collectas [e] cōsequenter adiunximus. Remediū perficiens [f] ad omnes generales morbos. Semē cucurbitæ ægyptiacæ. i. coloquintidē quantum acetabulū capiet, frangis & cōteris, addita vini optimi hemina vna, quod diligēti agitatione permixtū linteolo colabis, & per dextrā iumenti narē infundes, vt peruenire possit ad viscera. Quæ compositio ad dysenteriam plurimū prodest. [g] Alia quoq; vilior, sed nō minus apta curatio est: Radices cucumeris syluatici virides cōtundes, & in aqua nocte vna macerabis, deinde sublatas cōtundes & colabis, ex quo succo tria cochlearia cū nitro trito permixta, cū vino, si animal sine febre fuerit, tepefacto, quotidie faucib. ingeres, ita vt septē diebus cōtinuis curare nō desinas. Ni-

a *M.s. non habet*

b *M.s. non habet*

c *scalmatum*

d *aer corrumpitur*

e *competenter*

f *generaliter ad omnes morbos*

g *Tertia*

trum quoq; bene tritū, & cucumeris ſyluatici radices minutatim conciſas, addita hemina vini tepidi, in hordeū bene purgatum animali languēti ad pabulū infundas, vt non ſolùm potum, verùm etiā pabulum [a] medicamentum tēperatum [b] faciat ad ſalutē. Item aliud. Radicē ebuli, & radicem vrticę æquis ponderib. minutim inciſas, & infuſas in liquamine optimo macerabis, colabiſq; per linteū: ex quo menſura vnius oui tepefactū per nares animalis triduò [c] digeres. Conſequenter [d] ita facturus, vt iumentū quod morbum patitur, hordeum cū [e] apio & cucumere ſyluatico] minutatim inciſo, ſemper accipiat, cōtuſumq; ipſum agreſtē cucumerem, [f] & aquę ſufficienter admixtū, bibere cogatur. Laudatur etiam hæc potio: Herbæ ſauinæ librā j. [g] trixaginis vncias tres] centaureæ vnc. ij. ariſtologiæ vnc. iiij. baccarum lauri vnc. iiij. [h] murræ vnc. iiij. omnia contundes & cernes, & in puluerē minutiſſimum rediges, & cùm neceſſe fuerit cochleariū magnum plenū cum ſextario j. vini tepefacto faucibus [i] tedeantis infundes. Hæc quoq; aduerſus omnes morbos medicina ſuccurrit, ſi quatinus vires patiuntur, interpoſitis diebus, [k] cū præſcriptis minutionis obſeruātijs] primò de ceruice, pòſt de palato, & in quibuſcunq; locis ſe [*] humor [l] oſtendit] vt ſi in facie de capite, ſi in primis partib. de armis, ſi in poſterioribus de coxis ſanguis eſt auferendus, & cum aceto miſcendus, ex quo animal perfricetur. Cui hæc per triduum potio dabitur. Pannaces radicū vnc. iij. yringij radices ponderis tanti ([m] yringion autē herba melior eſt, quæ in littore vicina marinis fluctibus naſcitur, cardo ſylueſtri penè ſimilis, flore galbineo, cuius eruendę ſunt radices, nam lōgius penetrare dicūtur] feniculi quoq; ſeminis vnc. iij. aloes [n] vnc. vna ſemis] cōtuſa & cribrata in tres particulas diuidentur, & cū fracti & moliti tritici farinæ [*albiſſima*] ſextario [o] candēti aqua miſceantur] &

[a] *medicamēto*
[b] *proficiat*
[c] *immittes*
[d] *etiā hæc fac*
[e] *radice apij et cucumeris*
[f] *cum aqua*
[g] *M. s. non habet*
[h] *myrrhæ*
[i] *tediantis*
[k] *M. s. non habet*
[*] *morbus*
[l] *oſtenderit*
[m] *M. s. non habet*
vide pag. 107.
[n] *vncia ſemis*
[o] *M. s. non habet*

tur] & ad cornu per fauces triduò [a]animali infundantur.] Pelagonius aduersus omnes morbos efficacissimũ puluerẽ credit esse, si pullũ ciconiæ nondũ adhuc stantem, sed iam plumas habentẽ viuum in [b]cacabũ mittas, & [c]gipses, perustumq; vapore furni, in puluerẽ redigas, & tritum vitreo vase custodias] grande, cumulatumq; cochleariũ cum vini sextario animalis faucibus infundas, donec recipiat sanitatẽ. Chiron [d] verò Centaurus] præter alias cõpositiones quæ iam relatæ sunt, asserit catulũ lactantem viuũ in [e]aqua feruenti missum ac depilatum ita decoqui vt ossa separẽtur à carne: quibus diligenter ablatis, eius caro cũ aqua in qua decocta fuerit liquamine optimo, vino veteri & oleo & pipere cũ melle cõdita, vsq; ad [f] sextariũ debere seruari, ac singulis animalibus binas [g] cotylas tepefactas, donec ad sanitatem perueniant, diebus singulis dari debere per fauces. Caput quoq; hædinũ, omnesq; pedes depilatos [h]ad caldarium eadẽ ratione, qua catulum, excoqui, ablatisq; ossibus cõdiri, & binis cotylis [i] per diem in potione per cornu sæpius datis, animal morbidũ liberari. De gallo quoq; gallinaceo albo, eadẽ quę de catulo [k] obseruãda demõstrat.] Radicem quoq; herbę titymali decoctam cũ vino dulci dare morbidis animalib. suadet. Ei quoq; animali, quod profluuio [l]attico cœperit laborare, ita vt viridis ei vel pallidus per nares humor erumpat, ex lotio humano [m] aut arietino duas cotylas cũ [n] vino, & cyatho olei rosacei putat esse miscẽdas] & per nares, quæ humorẽ funestum egerunt, [o]digerendas. [p] Quam curationem & pulmoni sanitatem, & naribus siccitatem [q] præstare confirmat.

a da animali
b fictile vas
c Et cum argilla obturatum in furnum mitte, et in puluerem redige, et tritum in vase vitreo custodi. Grande, etc.
d M.s. non habet
e aquam feruentem
f sex sextarios
g cotulas
h in aqua calida, ea
i da a
k M.s. non habet
l atro
m veteri
n vini cyatho et oleo roseo misce
o infundendas
p Qua curatione
q præstari

Potio anniuersaria physica. Cap. XVIII.

PRo physico autẽ & anniuersario remedio tradidit vlpicum [r] beticum, vel allium maius, quod qui-

r bene tritum

dam gallicū vocant, capitella singula cū singulis semiuncijs [a] sagapini,& singulis cyathis olei optimi diligenter trita,singulis aquæ heminis oportere misceri,& heminas singulas per caput animaliū dari octauo Kalendas Iulias,hoc est in initio canicularīū dierum, [b] septimo & sexto: quo facto, [c] trinis potionibus stagnata,vt dicuntur,animalia armentina vel domita integro anno [d] à morbo intacta seruari.

a serapini
b septimum & sextum
c ter,ac potionibus saginata (vt dicitur)
d M.s. non habet

Compositio suffimentorum contra malleū. Cap. ~~XIX~~ VII

ADduersus morbū malleum, cuius [e] diuersæ sunt species, quæ in potionibus tam per os quā nares [f] digerēdis, vel clystere, [g] quæq; in cauterijs vel flebotomo facienda sunt,declaratū est,sed [h] restat alia nō minus necessaria efficaciorq; curatio,quæ [i] suffimentorū genere & odore prestatur.] Nā cùm ipsa tabes ex corrupti aëris foetore nascatur,& [k] vsq; in pulmone & viscera penetrando descēdat,non minus austeritate odoris,quàm potionū amaritudine consueuit expelli. Pro numero itaq; animaliū eliges locum humilē ex omni parte clausum,in [l] quo induces animalia iam ægrotātia quę curare desideras:vel adhuc sana [m] & separatim quæ non vis morbi contagione perfundi.] Origanū [n] asium, mentā,aspaltum, peucedanū, [o] castoreum,& opopanacem,æquis ponderib. permisceas,& exinde quantū tribus digitis eleuare poteris in carbones viuos mittas, animaliumq; os & caput super fumū tenebis, vt austeritas odoris per os & nares intrinsecus ingressa, omnia compleat, & ad pulmonem vsq; [p] penetrando] perueniat,& præstet [q] animalibus medicinam.

e multæ
f M.s. non habet
g quæ
h restant
i fumigiorum nidore præstatur
k in pulmonem vsq;
l quem
m M.s. non habet
n allium
o M.s. non habet
p deest in M. s.
q animali

Alia compositio vehementior, ~~ad lustrandum animalia,~~ quæ & fascinum tollit.] ~~Cap. XX.~~

EST & alia cōpositio suffimentorū ad morbos prohibendos, [r] sumptuosior quidē,sed putatur vtilior.

r M.s. non habet

s austerior

Sulphuris

Sulphuris viui [a] libras ij. bituminis Iudaici lib. j. opopanacis vncias vj. achanti vncias sex, galbani & castorei, yreos crudi ana vncias vj. salis armoniaci vncias ij. salis cappadocis vncias iij. cornu ceruini, lapidis gagatis masculi, lapidis gagatis fœminæ, ana vncias iij. lapidis ematitis, lapidis sideritis, lapidis argeritis ana vnciã j. equuleos, id est caballiones marinos numero septem, caudas marinas, vngues marinos ana numero septẽ, vuæ marinæ vncias tres, medullæ ceruinę, cedrei, picis liquidę ana pondo tria, ossa sepiẽ numero vij. auri semiunciam, ballucæ siliquam: hæc vniuersa commixta atq; succensa, odore suo morbis tam hominum quàm animalium resistunt, & dæmones fugant, grandines prohibere, & aërem defecare dicuntur. Sed si memoratos lapides aut inuenire nequiueris, aut enormitate pretij ab emptione cessaueris, reliqua efficaciter prosunt.

[a] lib. j.

De ratione flebotomi. Cap. XXI.

MEdicina [b] omnis animaliũ, vel si verũ [c] quærimus, etiam hominum, [d] nisi rationem curationis ante cognouerit atq; prædixerit [e] languentibus periculum, [f] errabit frequenter. Exposita enim curandi ratio, & cum genere congruens passionis, [g] indubitanter præstat auxilium. Ideoq; pluribus membris ac morbis generale remedium [h] diligenter oportet exponi, quod pręcipue in sanguinis detractione cõsistit, si rationabiliter pro tempore & viribus animaliũ, & [i] pro æquitate perfecti Mulomedici adhibeatur industria. Qui si ignarus fuerit huius rationis, non solum per detractionem sanguinis non curabit, verùm etiam periculum iumentis frequentissimè generabit. Nam cum vita virtusq; animantium consistat in sanguine, rursus tempestiuè detractus sanguis corpori præstare adsolet sanitatem. Cuius rei tamen redditur ratio. Sanguis enim ciborum [k] humorumq;

[b] communis
[c] quæramus
[d] si
[e] languentiũ
[f] M. S. non habet
[g] indubitatum
[h] diligentius
[i] pro ætate
[k] deest

indigestione corruptus, per mẽbra discurrit, & languorem doloreq; aut vniuerso corpori, aut certis quibusdã partibus consueuit inferre. Nam per constrictionẽ neruorum venarumq; tensionem, inflatio,[a] indigestioq; generatur: quæ tensura (vt ita dixerim) coporis aliter laxari, nisi per detractionem sanguinis non potest. Vnicum enim compendiũ atq; remedium est, [ad] corruptionẽ illã quę nocet, & quasi [b] infesta tabe ægritudinẽ vel periculũ gignit, cũ sanguinis ipsius [c] vitiosa parte detrahere.

Quæ diligentia [d] adhibeatur in sanguinis demeritione. Cap. XXII.

Hinc plæriq; veris tẽpore quotannis de ceruice iumentis sanguinẽ demere, & sic in herbam mittere necessarium putant, ne veteri [f] corruptoq;, sanguis nouus admixtus [g] natura coalescens [h] debilitatẽ valitudinis'ue] periculũ faciat. Veteres autẽ, prudentioresq; authores absq; necessitate deplẽri animalia vetuerunt: ne consuetudo [i] minuendi, si tempore aliquo facta non fuerit, statim intra corpus morbum ac valetudinẽ generet. Rectius [k] ergo est minoris ætatis animalibus & bene valentibus ex nulla parte corporis sanguinem detrahi absq; palato: de quo assidue [l] tam minoribus, quàm maturis detrahendus est humor, vt caput, oculi, cerebrũq; releuentur. Maturis verò animalibus nõ incõmodũ est pulsare [m] uenã cum mittuntur in pascua. Illa tamẽ in omnibus, qui [n] deplendi sunt, [o] cõseruanda est cõsuetudo, vt pridie quàm vena pulsetur, substententur leuioribus & [p] parcioribus cibis, vt per [q] diastema cõposito corpore sint, non turbato per indigestionẽ. In [r] solo autem æquali statues iumentum, ceruicemq; illius loro [s] cinges, quo strictius super scapulas [t] tangatur, vt vena possit ab aliquo clarius intueri.] Tunc [u] spongia cum aqua venam ipsam lauabis, & sępe deterges, vt altius emineat. Pollice

quoq;

Marginal notes: [a] *Indignationesq; generantur.* [b] *vi a qua morbum* [c] *vitiosam partem* [d] *adhibenda* [e] *Placuit plerisq;* [f] *corrupto* [g] *M.S. non habet* [h] *debilitatẽ valetudinis vel* [i] *deplendi* [k] *igitur* [l] *tam maioribus quam minoribus.* [m] *venæ* [n] *quæ deplẽda* [o] *struenda* [p] *paucioribus* [q] *ieiuniũ quieto* [r] *loco* [s] *stringes quod eminere* [t] *teneatur ab aliquo vt vena possit clarius eminere* [u] *axungia*

quoq; sinistræ manus interius deprimes, vt non[a] ludat, sed tumidior atq; inflatior vena reddatur.[b] Consequenter iuxta præceptum artis, vel animalis ipsius positionẽ, sagitta dari calibis exiges cotibus bene acutatam.] [c]Obseruabis quoq; ne altius imprimas manũ, & gulam atq; gurgulionem rumpas & arteriam præcidas.] Hoc enim [*factum*] vitæ cõsueuit inferre periculũ. Percussa [*quoq;*] vena, fœnũ vel farraginẽ [*viride*] ad edẽdũ apponas animali, quatinus agitatione maxillarũ per venã melius erũ[redacted]petus. Cũ aũt niger vel corruptus humor[d] egeretur, vel cœperit manare[e] purior, statim iumẽtũ tolles à cibo, & imposita fistula venæ[f] plagã astringes. In plaga vero pitaciũ[g] imponas, vt diligentius claudat, licet quidam vtantur[h] & creta. Deinde[i] in tenebroso loco & calido statues iumentũ, & farraginem si tempus est, vel fœnum mollissimum dabis septem diebus ac noctibus. Aquam etiam offeres, vt si voluerit bibat. Sed triticea farrago hordeaceę prefertur: quę si defuerit, hordeaceam dabis. Memento etiam quod ea melior sit, quæ vicinior[k] marinis fluctibus fuerit.[l] Propter quod ventrem facilius soluit,[m] humoremq; deducit. Pulsata[n] etiã quocunq; loco vena,[o] omnem sanguinem diligenter [p]excipies, & aceto oleoq; permistũ, vel alijs medicaminibus quę ratio deposcit, animalis ipsius corpus perunges, pręcipueq; illum locũ, ex quo detractus est sanguis, & qui esse putatur in causa. Constat enim, naturali quadam ratione[q] atq; beneficio (ut quidam aiunt) ipsum sanguinem, cũ superfusus est languentibus membris præstare medicinã, vitiumq; siccare. Quam curationis[r] sollertiã non oportet omitti. [s]Præterea interpositis diebus post flebotomũ animalia [t]producuntur ad solem, & sanguis detrahitur[u] eis de palato. Despumantur[x] etiã tertio gradu à dẽtib. caninis, quos oportet suspendi altius ꝑpter sanguinis fluxũ, ita vt ea die[y] mollissimis cibarijs utãtur

[a] *cedat, &*
[b] *M.S. non habet*
[c] *Stude quoq; ne altius imprimas manus & gulã atq; gurgionem rumpas, atq; arteriam præcidas*
[d] *egressus est, &*
[e] *rubicumdior vel purior*
[f] *vulnus*
[g] *ponas*
[h] *deest &*
[i] *deest. in*
[k] *maritimis*
[l] *quia*
[m] *humoresq; educit*
[n] *ex*
[o] *totum*
[p] *accipiens*
[q] *M.S. non*
[r] *solennitatem*
[s] *Interea*
[t] *perducuntur*
[u] *etiam*
[x] *autem*
[y] *mollibus*

[a]& furfure. Sequentibus autem diebus non ex integro hordeum consequantur, sed [b] a vilibus incipiant, & ad consuetudinem [c] per singulorũ dierum augmenta perueniant. Consequenter tepido die ducantur ad mare vel fluuium, diligenterq; [d] loti tergantur. Vino quoq; & oleo in sole perungendi sunt diligenter, & confricandi, vt corpora eorum calefacta aut repellant, aut perferant [e] perfricationis iniuriam. Quibus perfectis [f] equi nobiles tunc demum ad labores cursusq; itineris reuocentur.

[a] vt
[b] duas libras accipiant
[c] singulis diebus augendo
[d] loca
[e] perstrictionis
[f] qui

Castrata animalia non deplenda. [redacted]

SCiendum [g] est præterea, castrata animalia nunquam oportere depleri. Causa [h] hæc est, quia iam partem virium cum testibus amiserint, [redacted]ta fuerint, vt vehementius eneruantur. Hinc est enim quod asinis nõ detrahendus est [redacted], quia naturaliter minus habent sanguinis, [redacted]ioresq; fortiti sunt venas.

[g] decet
[h] herbæ est, qua
[i] amiserunt

Admissum facientes non deplendos. [redacted]

ADmissarios etiam equos flebotomare non est opus: partem enim virium & sanguinis in coitu [k] natura digerit. Si tamẽ ab admissura cessauerint, nisi annis omnibus herbarum tempore depleantur, incidũt in cæcitatem, quia id quod coitu digerere cõsueuerant, [l] declinat in oculos.

[k] amittunt
[l] redundat in oculos eorum

In quibus passionibus, & ex quibus locis sanguis sit auferendus. [redacted]

NVnc ne quid relinquatur ambiguũ, in quibus passionibus, & ex quibus locis sanguis emitti debeat indicabimus. Morbidis & quibuscunq; totum corpus in causa est (sicut febrientibus, [m] vnde infra dicendum] de matrice [n] detrahendus est sanguis. Cephalargicis autem [o] arpiosis, insanis, cardiacis, caducis, freneticis, bistru-

[m] M.S. non habet
[n] tollendus
[o] opiosis

[a]bistrutitijs,[b]sicardicijs,rabiosis quoquomodo præcipitur de [c]auriculis sanguinẽ demere. Veruntamẽ melius est de temporibus, quæ in dextra ac sinistra sunt parte, detrahatur, id est, sub cauatura temporũ tribus digitis ab oculo interpositis inferius vena perquiritur, & ex vtraq; emittitur sanguis. Eis verò quibus suffusio contingit oculorum, vel cætera vitia quæ oculis nocent, inferiores[d] venæ sub oculis[e] positæ, quæ descendunt[f] sub angulis oculorum inferioribus, quatuor digitis inferius quàm oculi sunt,[g] inciduntur. Quibus[h] quidem fastidiũ inhæret, vel arteriarum vel faucium tumor, vel prægrauatio capitis, de palato auferẽdus est sanguis.[i] Quib. aũt pulmo est in causa vel iecur, vel cætera quæ his vicina sunt membris, de pectore minuendus est,] ex venis quæ positæ sunt in dextera ac sinistra, vbi brachiola coniunguntur, & flexura fit cũ armis plicatur. Quibus[k] quidem armus est in causa,[l] de brachiolis sanguis minuatur, quæ venæ positæ sunt interius, vbi[m] centuriç, id est, musculi [n] brachiolares sunt, sed digitis superius[o] quàm genu, tribus vel duobns digitis inferius quàm[p] centuriç. Hæ venæ sagitta percutiantur, sed cautè[q] modesteq; tangantur, propter debilitatem animalis[r] quia hæ commixtæ sunt neruis. Quibus autem articuli in causa eerunt, vel si articulus[s] insertus vel intortus fuerit, uel aquatilia habuerit, vel quiduis simile in articulis contigerit, de[t] subcirro sanguis [u] subtrahi debet: quæ venæ positæ sunt inferius quàm articuli tribus digitis [x]sub coronã. quç venæ cum summa[y] cautela tangendæ sunt, quia articulorũ coniunctæ sunt neruis.[z] Creciaco vel si basim[a] mouerit, de coronis[b] rectis tollitur sanguis.

De [c]his quibus sanguis in vngulam tollitur] quomodo sanguis[d] tollatur. Cap. XXVI.

QVibus aũt iumẽtis vel suffusionis vitio, vel per voluntatẽ[e] excruciata vngula fuerit, [quæ vulgo vn-

[d]*extrusicia*[e] *vngulam cogere dicuntur.* d

[a] *dysentericis*, [b] *sideratis* [c] *venis auricularum* [d] *venas* [e] *positas* [f] *ab* [g] *phlebtomo incidito* [h] *verò* [i] *M.s. nõ habet* [k] *verò armi in caussa sunt* [l] *è Creticis de brachiolis sanguis aufertur* [m] *centriæ* [n] *M. s. non habet* [o] *à genibus* [p] *centriæ* [q] *ne mediæ* [r] *quæ venæ* [s] *exemptus vel tortus* [t] *subito* [u] *detrahi* [x] *sub cirra tribus digitis super coronam* [y] *sollicitudine* [z] *Cretico autẽ* [a] *præcisio mouerit* [b] *rectius* [c] *qui vngulam cogũt vel deiecerint, vel quæ*

gulam cogere dicuntur] vel quibus remorata basis[a] longi temporis claudiginem fecerit, eiusmodi curatione sanantur.[b] Componis omnem vngulam quasi ad viuũ, adlidesq; virantũ, huius suffraginẽ illius alligatã lino vehementer stringes, totumq; simul vngulæ in circuitu scalpelletur, & circum gyrabis] vt à corona[c] vngula subleuetur ex parte, tunc circuncisoriũ[d] inferes inter[e] vnguẽ & solũ, & cum bene elimpidaueris, suffragine[f] soluis, & inuenies de calcaneo venas fluere, & cũ sufficienter[g] effluxerit cruor, sale perfricabis,[h] postea aceto & oleo inunges, & linteolis munies diligẽter.[i] Sparciã calciare curabis, vt post egestionẽ[k] humorũ vngula reparetur. Huiusmodi aũt curã nunquã nisi singulis pedibus adhibere debebis,[l] vt in tanto dolore animal duret ac stet. Si autẽ in alio pede similis est causa, cum in illo qui prius curatus est, firmiter animal stare cœperit, tũc eum elides, &[m] vt dictũ est, simili obseruatione curabis. Si verò in his causis animal[n] cremare volueris,[o] semissabis illud hoc modo,[p] cõpones vngulã eius ad viuũ, & cõtra venã addita sagitta ptũdis, vt possit sanguis[q] acõtizare per solũ qđ sagitta pertuderit. Simili aũt modo sale fricabis, oleoq; & aceto, linteolisq;[r] munibis, dúntaxat singulos pedes, ita vt portare se possit.[s] hi plane q semissant nõ elidũt.]

[t] Epistomicis, vulsis, colicis, strophosis, & qui morbo subrenali tenentur, vnde sanguis tollendus est. ~~Cap. XVII.~~

E[u]Pistomicis, vel qui morbo subrenali[x] læduntur, vulsis etiam, & colicis quibus venter frequenter dolet, de cauda sanguis emittitur, licet melius putetur propter[y] huiusmodi[z] causas ortas de visceribus debere sanguinem tolli. Quod si de cauda[a] tollere volueris, sic facies: Erige & resupina caudam ad lumbos, quatuor digitis ab vno vbi pilos non habet cæde caudam[b] cum tabula ali-

[a] longo tempore claudiledinem
[b] cõponito pedem ad gulbiã: & omnem vngulam ad viuũ allides fumentumq;, suffraginem illac alligatam lino vehemẽter astringes, totumq; solum vngulæ in circuitu scalpello circumscribis.
[c] vngulæ
[d] inferes
[e] vngulam
[f] soli
[g] emanauerit
[h] postmodum
[i] Spatio
[k] humoris
[l] ne
[m] sicut
[n] Stygmare
[o] semissabis ipsum
[p] componi
[q] exire
[r] curabis
[s] Hoc modo sanè qui stemissantur, non læduntur. [t] De Epistonicis, *vulsis, strophis subrenalibus vnde sanguis tollatur.* [u] *Epistonicis* [x] *tenentur* [y] *eiusdem* [z] *M. S. nõ habet* [a] *extraheret* [b] *de*

la aliqua non ponderosa, quousq; se vena demonstret, [a]& in caudę media diuisura quatuor digitis ab ano sagitta percuties venam,[b]vt acontizet sanguis,post decursionem fasciola colligabis. Cum autem de visceribus emittere[c]volueris,sub [*inguinibus*] de dextra[d]sinistraue in singulis femoribus eminentes venas medias sagitta percuties, post decursionem sanguinis cretam impones, sed cautè, propter vicinam misturā neruorū. Si laccę in gambis fuerint, aut aliquis dolor coxæ vel gambæ, sanguis detrahatur [*sub*] gambis: sunt enim venæ à visceribus descēdentes per gambas interius, quas medias propter vicinam mixturā neruorum[e] cautè[f] transuerso flebotomo percuties,& post decursionē fasciola[g]ligabis.

a in cauda
b si nō egrediatur sanguis
c velis
d & sinistra
e caudæ
f transuersè
g colligabis

De ratione foci atq; cauterij. Cap. XXVIII.

IN animalium curis ac medicinis duplex remedium authores esse voluerunt,[h]Minutionem sanguinis,per quam constricta laxantur, & [*etiam*] Vstionem cauterij, per[i]quod laxata firmantur. Sed cum flebotomi ratio euidenter videatur exposita,Cauterij quoq;,licet nouissima cura sit,[k]aperienda videtur vtilitas.Nam[l]adustio laxata constringit, inflata attenuat,[m]humectata desiccat, coagulata soluit,[n] farcinomata præcidit, veteres dolores emendat,alienatas corporis partes ex qualibet causa ad statū suum reuocat,super naturā excrescētia,[o] sublata,& adusta crescere nō[q]patitur.Nam cū candente ferro ruperis cutem ;vitiū omne concoquitur atq; maturatur, & beneficio ignis dissolutū, per foramina quæ facta sunt] effluit cum humore : atq; ita sanatur passio & tollit̃ dolor. Post[q] quā cicatricibus clausis,cōstrictior & robustior reddit̃ locus,ac prope insolubilis cutis. Sciendum[r]verò cuprina cauteria plus effectus ad curandū habere q̃ ferrea. Præterea si in capite morbus est,inuritur ceruix:si subrenalis est,lūbis ignis adhibet̃. Interdū autē

h Scilicet
i quam laxa,
k vt tamen eius
l vstio
m humecta siccat
n carcinomata
o subtrahit, &
p finit. Nam beneficio cauterij rumpentis cutem caro coquitur,& maturatur,& beneficio ignis dissoluta per foramina quæ facta fuerūt
q quod
r quoq;

puncta[a] infiguntur, interdum ad similitudinē lineæ candens deducitur[b] ferrū, aliquando velut [c] palmulæ fiunt. In hoc enim laudatur Mulomedici ingenium, si ita animal cauterio curauerit ne deformet. [d] Pro locis autē in quibus est passio, & pro pellis[e] æstimatione cauteria vehementius[f] imprimuntur aut leuius. Memoria aūt retinendum est,[g] quassaturas, emota vel extorta, aut eiecta de locis suis[h] vri penitus non debere. nam perpetua debilitas consequitur, sed melius est [*vt*] cum locis suis reposita fuerint, & ligaturis[i] diligentius cōmunita, atq; ita naturæ industriæq; beneficio [k] conroborata, [l] colasticis vnctionibus & malacmis,[m] postremum causticis eadem percurare ad spem perpetuę sanitatis. Quod specialiter admonendum est, ne Mulomedici festinātes, dum foco curare cupiunt, animalia debilitent aut deformēt, cum flebotomis, potionibus, vnguentis,[n] syringis, medicaminibusq; diuersis ante sit temptanda curatio, & si nihil profecerint ad extremum ignis adhibetur.

De passione & curis febrium. *Cap.* ~~XXIX.~~ VIII.

QVæcunq; passiones plus iumentis periculi [p] inferre cōsueuerūt, & difficilioribus [q] obscurioribusq; indigent curis, has[r] primo amplectimur libro, ut & facilius reperiantur quæ in exordijs ipsis occurrēt, & legentibus fastidiū non possint adferre.[s] De curis quæ prima sunt. Febrientibus itaq; animalibus [*quàm*] primū cōuenit subuenire.[t] Nam non amplius quàm triduo caloris vim sustinere posse creduntur. Intra quod si curata non fuerint, moriūtur. Oportet igitur passionis huius signa causasq; prędicere, &[u] mox medicinas exponere. Febriēs iumentū deiectū caput è terra alleuare vix poterit, erit oculis apertis, labijs demissis, tristitia turpis, & grauitas totius corpori insequitur, testiculi tumidiores laxius pendent, membra caloribus feruent, venæ vehe-

a adhibetur vel infiguntur
b veru
c palmale fit
d In
e extenuatiōe cauterijs
f infiguntur
g fracturas
h moueri
i diligentibus composita
k roborata
l calasticis
m & ad postremum calasticis eadem procurari.
n M.S. non habet.
o Hoc loco M.S. duo distincta capita habet, quorum alterū inscribitur de curis Febrium. Alterū De lassitudine quæ videtur febrib. similis, et incipit febrientibus animalibus quamprimum subuenire conuenit.
p adferre
q et durioribus
r vno complectitur. *s M.S. non habet.* *t quæ.* *u postea medicinā ponere*

mentir

menti pulsu saliunt, anhelitus creber & calidus, tussis assidua, incessus nutans, fastidium cibi, bibendi cupiditas, vigiliæ iuges. Causa autem huius passionis ex magno labore & fatigatione est, si negligentia consequatur. Interdum æstu nimio,[a] aut perstrictione] vehementi, vel ex cruditate ciborum, aut sudoris subita infrigidatione, vel ex feruore hordei nouelli [b] euenire consueuit. Curatio autem ista solennis est. Continuò sanguinem eis de facie, vel de temporibus, aut palato oportet emitti, ab omni esca prima die penitùs [c] abstineri, fœni optimi [d] aut herbæ viridis:[e] subindè pusillum offerri oportebit, & quiescere etiam ab omnibus rebus, & etiam sequestratum temperato tempore, & in ambulationibus leuibus animal commoueri] calidis quoque locis coopertum stabulari. Cùm cœperit melius esse, herbam minutatim [f] concisam porrigito. quæ si defuerit, hordeum maceratum, ablatisq; suis folliculis tusum in modum ptisanæ paulatim offeratur, & frequenter exiguum.

[a] ac perfricatione
[b] accidere
[c] abstineat
[d] vel
[e] subinde oportebit ambulationibus leuibus animal commoueri,
[f] incisam,

De laßitudine quæ videtur febribus similis. ss. I.
~~*Cap. XXX.*~~

PLerunque autem equi vltra vires ad cursum coacti, aut ponderibus prægrauati, [g] ac sudore defecti, similia [h] febricitantibus signa demõstrant. [i] Quos sic intelliges: Oculi sublachrymãtes erunt, & tanquam subfusi sanguine, prætereà spiritum crebriùs agitat, fœnumq; fastidit, & de posterioribus pedibus melius se sustentabit: nam [k] primos quasi subtritos tardiùs ponit.

[g] aut
[h] defebrientibus
[i] Quod
[k] priores

De febribus internis. ~~*Cap. XXXI.*~~ *ss*

QVòd si febris interna fuerit, [l] non facilè animal dormiet] & quotidie deterius fiet, interdum [m] funũculos in dorso vel in lateribus habebit. [n] Scias

[l] M.s. nõ habet
[m] funiculos
[n] Et tũc scias à morbo de quo superius disputatũ est malleo

eum à morbo qui superius disputatus est malleus, detineri. Cui lotium aliquot[a] dierum tam hominum quàm arietum per nares infundes. Et sic potiones quæ de isto morbo suprascriptæ sunt, dabis.

[a] diebus

Si in autumno[b] febrierit. ~~Cap. XXXII.~~

[b] febriant

SI autem autumni tempore cœperit febrire iumentum, statim de ceruice sanguinem detrahes, vel gradu tertio de palato. pòst herbæ trixaginis sextarium, draganti,[c] rosarum ana vnciam j. in pila lignea pistabis,[d] cernesq; subtiliter, ex[e] aqua cum mulsa & oleo potionabis, atque ita restitues sanitatem.

[c] M. s. nō habet
[d] teresq;
[e] qua

Si in æstate febriat. ~~Cap. XXXIII.~~

SI autem æstate febrire cœperit, totum sudabit, satager salientibus venis,[f] mincturam & naturam simul dimittere] ad terram transuersè ambulabit. De coxa media quatuor digitis ab ano venam inquires, & ex ea sanguinem detrahes. Si autem non inueneris, de ceruice tollendus est. Cui hanc potionem[g] pro tempore dabis] Herbam portulacæ plenam manum tundis, succumq; eius cum dragante & thure,[h] & succo rosæ[i] campanæ mulsa addita offeres, potionem non satis grandem, ne plus quàm oportet infrigides:[k] quia cùm quasi splene careat, simul & defectione sanguinis calore priuatur.]

[f] naturā mincturo similis demittit
[g] parabis
[h] vel
[i] cum pane
[k] M. s. non habet

Si hyeme febriat. ~~Cap. XXXIIII.~~

HYeme verò si febrierit,[l] supradictas species aridas contundito, diligenterq; misceto, & per sinistram narem dato,[m] sanitas consequetur. Febrientibus[n] autem hæc potio vtilis traditur: Mannæ, thuris vncias ij. semis, yrisillyricæ vncias vj. piperis vnciam j. baccarum lauri, seminis apij ana vnciam vnam cum passo potiona-

[l] subscriptas
[m] sanitatem
[n] verò

potionabis. Item post detractionē sanguinis de matrice aut de palato sic potionabis [a] febrientem: Hysopi libram vnam, abrotani vncias sex, lactis caprini sextarium, [b] amili cyathum] olei [c] optimi vncias iij. herbæ vrceolaris succi cyathum vnū, misce cum cæteris, & per cornu faucibus infunde, erit salutare remedium. Item alia potio. Lactis [d] sextariū, olei cyathos ij. croci [e] scrupulum j. mirrhæ ℈ ij. appij seminis [f] cochlearium plenum, miscebis pariter, & dabis ad cornu. Hyeme farinā triticeam cum aqua tepida, æstate autem farinam hordeaceam cum aqua [g] frigida] dabis in potum. [h] Si febrient mensuram non des, illorum autem loca] cauterio inurenda sunt, & vsta curanda. Item alia potio. Lactis caprini heminam, amili cyathum, oua iiij. olei cyathum, succum herbæ vrceolaris] quotidie [i] potum dabis vsque ad sanitatem. Item [k] vnctio qua perfricandi sunt febrientes. Rosæ [l] libram, olei veteris libram j. aceti heminas iij. [m] lactis caprini libram semis, portulatæ seminis & nucis amaræ ana] vncias vj. menthæ vel rutæ quantum [n] expedit. f. teres & commisces, & tepefacto vtere, ita vt diutissimè confrices contra pilum, & in loco tepido vnctum animal coopertumq; statues.

a *febriens iumentum*
b *M.s. non habet*
c *quieti*
d *lib. vnam*
e *drach. vnam*
f *cochleare*
g *M.s. non habet*
h *Si febrienti tensura nō desit, illorum loca, &c.*
i *potionabis*
k *vnguentum, quo*
l *libram semis*
m *olei ciprini lib. vnā, potulacæ vnc. nucis amaræ*
n *sufficit*

Item potio alia si hyeme febrierit.

Gentianæ vnc. j. aristologiæ, hyssopi, absynthij, abrotani, singulorum vnc. j. caricarum vnc. vj. [o] seminis apij vncias iij. rutæ fasciculum [p] j. omnia in cacabo cum aqua decoques [*vsq;*] ad tertiam, & cùm nigrescere videris, coctum est. Exinde [q] vini heminam misceto [r] sicut suprascriptum est, & per cornu faucibus infundito.

o *M.s. non habet*
p *bonum*
q *vnam*
r *cum suprascriptione.*

Si ab indigestione vel pletura febriat. Cap. XXXV.

SI quod iumentum ab indigestione vel pletura febricitauerit, naribus spiritū ducet, & ilia frequenter agitabit, anhelitusq; erit feruens & aridus, spinā fa-

[a] *perfocatione*

cilius flectet: nam qui ex [a] perstrictione febrit, rigidus est: quia calor membra dissoluit, frigus astringit. Ex pleтura igitur febrienti copiosus sanguis emittitur de ceruice, nares aceto perfricantur vt sternutet sæpius. Venter quoque febrientis si durior fuerit, per anum iniecta manu, stercus [b] extrahatur, à cibo abstineat, [c] paucissimum potum per interualla suscipiat, &] vnctum suprascripto medicamine, diuq; fricatum, loco stabit calido horis tribus aut quatuor copertũ, postea ad [*de*] ambulandum producetur, nihilominus inuolutum.

[b] *egeritur*
[c] *M.s. non ha*

Si ex vulnere oris aut faucium febriat.

~~Cap. XXXVI.~~

SI quando ex vulnere aliquo vel suppuratione oris aut faucium nascitur febris, [d] de temporibus, nec non etiam de palato] detrahendus est sanguis. De maxillis quoque siue de ceruice, & ad postremum quicunque locus febrienti doluerit, [e] ex eodem cum mensura sanguinem oportet auferri. Quòd si cibum penitùs respuerit, farinam aquæ mixtam ad [f] cibi instar faucibus eius infundes. Offas quoque de passo facies iustæ magnitudinis, & septenas cum oleo digeres, vt possit habere substantiam. Ita denique febrienti vtilis est, ex quacunque parte datractio sanguinis fiat, si consyderatis viribus animalis mensura seruetur. Nam vt emissus rationabiliter [*humor*] releuat, ita enormiter ablatus [g] euirat vel turbat.]

[d] *de palato, nec non etiam de temporibus*
[e] *idem fricandus est, &*
[f] *ciui instantiã*
[g] *occidit*
[h] *in*

De coactione .i. ~~[h] de nimia lassitudine~~.

~~Cap. XXXVII.~~

COactio in animalibus passionis est nomen, ex qua ægritudinum diuersa genera nascuntur, ideo sic appellata, quod ab iniuria vel labore [i] vel ex coactione contingat. Quoties enim lassum animal fatigatione

[i] *&*

tione itineris, vel nimietate cursus, vel magnitudine ponderum, non studiosè refouetur, vel æstate sitire, vel hyeme algere compellitur, vel certè penuriam sustinet [a] cibi, aut hordeo nouo, aut fœno pessimo læditur. & per dies aliquot circa curam eius nulla adhibetur industria, [b] &] sic totius corporis compago, & interiorum viscerũ dispositio per iniuriam & fatigationẽ vitiatur.

[a] conuictus

[b] M.s. non habet

Quæ genera ægritudinum ex coactione nascantur. Cap. XXXVIII.

EX qua coactione hæc passionum [c] genera nascuntur. Ex [d] perstrictione enim fiunt [e] epistomici, podagrici, phthisici. Ex æstu autem euenit grauedo, febris, insania, capitis dolor. Ex sudore oritur tumor in cruribus, suffusio in pedibus, febris, spasmus, & tussis. Ex humore quoq; qui de narib. profluit, passio [f] apertissima declaratur. A' cerebro [g] enim vel à capite venit multa [h] pituita, crebra & spissa. A' [i] perstrictione erit humor] tenuis, aquaticus & frigidus, ex qua re fiunt coriaginosi & [k] epatici & phthisici. A' colibus] & glandulis & arterijs humor erit candidus & viscosus, ex [l] quo euenit fastidium & faucium præfocatio & synanche. A' pulmone autem humor crassus, sanguinolentus & [m] maleodoratus emanat, colore pallido. Ex qua causa fiunt peripleumonici, [n] vomicosi, ortomici] & phthisici. A' morbo autem malleo venit humor multus & crassus, & pallidus. [o] Ex qua re fit ortomicus, profluuius atticus, & suspirium articulare. A' iecore humor erit liuidus, yricus, & viridis, & tabidus, non valde crassus, neque olidus.] Ex qua re fiunt [p] sciatici, hydropici, febricosi. Ideo autem signa passionum causasq; diuisimus, ne ingratus error noceret, & facilius euidens doctrina curaret. [q] Absyrtus huiusmodi de coactionibus prodidit medicinas: Si equus, inquit, coactus de via venerit, o-

[c] signa

[d] præfocatione

[e] opistetonici

[f] apertissimè

[g] verò

[h] prauitas

[i] à præfocatione humorum erit

[k] tenatici & tussici et. à talis

[l] hoc

[m] maleolens

[n] vamycosi, ortonoici

[o] Catacroitus profluus et viridis nõ valde crassus neque albidus

[p] synthetici

[q] Absyrius

culi eius intrò abibunt vel verſabuntur, ſpirat calidum frequenter atque ſuſpirat, [a] & auriculæ huius] ac reliquum corpus extenſum erit. Cuius [b] talis eſt curatio: vt parum hordei accipiat, fœnumq; non multum. Potio autem huiuſmodi præparabitur, hyſopi, abrotani ana vnc. j. [c] ſampſuci vncias vj. fœnugręci libram vnam, lini ſeminis [d] pondo duo. hæc omnia tuſa & cribrata in cacabo nouo cum ſex æquæ ſextarijs infundis, addiſq; [e] nouem duplices] ficus, quæ cùm ad partem dimidiam decocta fuerint, vniuerſa conteres atque [f] liquabis. pręterea vini veteris optimi ſextarios tres, mellis heminam, piperis triti [g] drachmam adijcies ſupraſcriptis, rurſumq; feruere facies omnia, ex [h] qua calidam potionem plurimis diebus dabis, quæ mirificè iuuare conſueuit. Si de labore itineris ſuffuſio pedum fortè prouenerit, caue ne ſanguinem calido detrahas, ſed requietum [i] pauſatumq; flebotomabis, [k] huiuſmodi beneficio potionis vſurus: Thuris maſculi [l] drachmas ij. foliorum caprifici libram, grana piperis xxv. fermenti vncias iij. croci [m] drachmam: Omnia bene trita in tres partes diuides, & [n] expauſatum iumentum triduò cum oleo potionabis & vino: ſi hyems fuerit, tepida os abluces, [o] æſtate frigida: ſi tardius, [p] aut non rectè] ambulat, * ſulphurem & reſinam calentem vngulis imponis, non ſemel tantùm, ſed aliquoties donec rectus incedat. Si verò iſta non profuerint, [q] ſemiſſabis eum] vt de vngulis ſagitta contactis competenter profluat ſanguis, & vulnera [r] traumatico curabis pharmaco. [s] De laxis hæc ſigna erunt] toto corpore grauabitur, & poſteriora crura quaſi [t] inligata habebit. poſca itaque & pulegio nares eius & totam faciem fouebis, panem [u] & merum dabis vt manducet, offereſq; ei lactucas vel gramen diligenter lotum atque conciſum, conſequenter daturus huiuſmodi potionem: Succum ptiſanæ,

paſſum,

a auriculæ
b iſta
c ſanſuci
d libras duas
e xviij.
f liquabis, itē
g vnciā vnam
h quo
i M.s. non habet
k huius
l vncias duas
m quartā partem drachmæ
n expuſcatum
o ſi æſtas
p rectùm
** furfurem*
q ſtemiſſabis ipſum
r tragmanticō
s Febris ex laſſitudine hæc ſigna habet. M.s. hoc loco nouū caput inſcribit, De febre et laßitudine.
t longa *u etiā*

passum, oua, oleum rosatum, quæ omnia [a] pariter mista] per triduum dabis, ita vt hordeum [b] primò decorticatum] siccatumq; manducet. Præmonendum autem est, [c] ne iumento ex coactionis iniuria laboranti pulses venas calenti. continuò enim] neruorum contractio & debilitas consequitur. Oportet autem armos eorum & genua vino calido & oleo [d] tepido] suffundere, totumq; corpus multorum manibus diutissimè confricare, & loco statuere tepido, [e] mollia de siccato stercore vel de paleis strata præbere.] Posteriorem [*autem*] partem flebotomo [f] laxis non oportet contingi, ne penitùs [g] euirentur. Quòd si venæ in cruribus tumēt, & plenæ sunt humore, de coronis sanguis auferatur.

De diuersis passionibus ventris. Cap. X.XXIX.

NOn minus multæ & obscuræ valetudines in internis animalium quàm hominum existere consueuerunt. Imò si verum quærimus, propè pares atq; consimiles sumus. [h] Nam animalibus, quia rationales sumus] sola mente præstamus: corporis verò natura communis est, maximè in doloribus. Dolorem ventris in iumentis [i] Veterinorum imperitia putat facilè posse curari, [k] quod graue, nescit ex vētositate, vel constipatione vitium] [*&*] torsiones vocant & interiorum incisiones, quibus aut [l] præcantationes] anicularum more, aut aliquod [m] quasi physicum] remedium adferre conantur. Cùm quid enim intrinsecùs iumentis dolere inceperit, statim se allidunt & volutant, & solius ventris creditur esse causa, cùm plures & difficiles [*& diuersa*] sint passiones, ex quibus dolor & volutatio illa contingit. Et nisi singulis pro causarum genere competens medicina subuenerit, sanitas redire non poterit. Efficaciter autem curare [n] potest nemo, nisi qui internarum ægritudinum signa rationesq; cognouerit.

[a] *M.s. nō habet*
[b] *pro modo lotum*
[c] *ne iumentum ex euacuationibus in iniuriam laborum impulses, venas enim calentes habens, continuò neruorū*
[d] *M.s. non habet.*
[e] *& supponere ei mollia vt paleam*
[f] *laßis*
[g] *eneruentur*
[h] *M.s. non habet*
[i] *Veterinariorum*
[k] *M.s. nō habet*
[l] *verborum rationes*
[m] *con physicū*
[n] *non poterit*

De aqualiculo .i. stomacho. Cap. XL.

PRimùm venter ipse, qui aqualiculus nominatur, totius corporis obtinet dominatum, in cuius capacitate cibus potioq; miscetur, ac per digestionem naturali calore decoctus, separatis humoribus, partem ad substantiam membrorum cõuertit in sanguinem, partem in vrinas resoluit, partemq; [a]secum trahit] in stercora. Quòd si loca illa præstrictio longi temporis vitiauerit, intestinorum dolor,[b] & corruptio digestionis] necessariò [c]sequitur. Nam pars humoris coagulatur ex frigore, & fit conglutinosa in præcordijs, atque in intestinorum partibus, quæ [d]ducuntur ab aqualiculo vsque ad colum, quod appellatur [e] enteron] retinetur & hæret, quod Latinè ieiunum dicitur, per quod in colum humor pessimus transit,[f]&] interclusione sua cibum non patitur ad interiores partes more solito peruenire. Hinc [g] etiam tortura &] extensio ventris dolorq; cum magno periculo generatur:[h] quæ passio Græcè] emphragma, Latinè præoccupatio dicitur.

[a] secernit
[b] M.s. non habet
[c] consequitur
[d] ducunt
[e] cyphon, interim
[f] qui
[g] M.s. non habet
[h] M.s. non habet

De colo & coli dolore. Cap. XLI.

EXoritur & alia causa doloris [i] asperior, quæ Grecè [k] chordapsos appellatur, cùm præclusa intestina [l] viscerum, vento [m]fumóue] se vrgente [n]colligant, vsque [o] eò, vt [&] aquã, & cibum, & stercus animalia etiam interdum reuomere cogantur. Prætereà ad similitudinem hominum [p] propter inflationis iniuriam, coli quoque dolore] vexantur, propter quam necessitatem animalia [q] diuersè vehementerq; voluendo rumpuntur] quod curari iam non potest: & ideo moriuntur.

[i] à superiori
[k] cardapsos
[l] M.s. non habet
[m] M.s. non habet
[n] colligunt
[o] adeò
[p] per instrictionis iniuriã colicũq; dolorẽ
[q] diuse vehementer voluendo rumpunt

Cura longanonis & [r] ilei. Cap. XLII.

I[s]Lei quoq; vitia ex [t]perfrictione huiusmodi humoris nascuntur: qui cùm intestina maiora & præcluserit,

[r] Ilij
[s] Aliqua. [t] præfocatione istius.

& in

& in eorũ [a] finibus stercora cœperit detinere, prohibet illa ad [b] catachlytum longanonis decurrere ([c] Longanō autem intestinum vocatur, per quod stercus egeritur) tunc [d] venter crassus vel præclusione ipsa intra viscera increscit, ac [e] sibimet dolores morsusq; excitat vehemẽtes, ex quo iumenta se proijciunt ac volutant, extensisq; pedibus calcitrãt. sed per impatientiam se sæpe [f] iam] iactando ventus increscit, & mixtus stercori vsq; [g] ad intestina descendit, nec [h] iam, vt supra, rumpitur, sed iumento quod in vitium, qui Ileo uocatur (ex eo, quòd intestina locis suis exclusa, animal quasi elices facere faciunt) inciderit, ea] valetudo periculosa est, nisi cum celeritate subueneris. Huiusmodi autẽ sunt adhibenda remedia: Aqua calida renes animalis diutissimè fomentabis, fœnumq; cum calida, vt vapor magis penetret, frequenter apponis, post [i] cilicijs diligẽter absterges [itẽ] oleũ vetus & picem liquidam, & oleum laurinum misces [&] calefacies, & diutissimè perfricabis, ita [k] & testiculos eius perunges, & in auriculas calidũ medicamen infundes. Tamdiu autem [l] fricabitur, vt sudare incipiat & ventũ emittere, ex quo spes ostenditur sanitatis. Quod loco calido statues, ac [m] sagis cooperies diligenter, hãc daturus [n] quotidie potionem: Piperis grana quinquaginta, petroselinum quantũ quatuor digiti comprehendunt, cimini alexandrini tantundem, cimini africani tantundem, semen apij, [o] murram, nepitam, trixaginem, æquis ponderibus, quibus ad dimidiam omnium partem nitrum admiscere te conuenit. Quæ omnia bene trita ex vino calido & oleo æquis ponderibus, & melle quantum satis fuerit dabis. Hæc [p] autem potio & calefacit, & ventrẽ resoluit. Quod remedium si tardius subuenerit, [q] saccellos cũ furfure [r] calentes [s] semper totum dorsum & renes animalis imponis. [t] Clysteriabis etiam ex aqua calida & oleo, quod cum sale, & melle, afro, & nitro, [u] ouoq; misce

[a] renibus eorũ
[b] catochiden
[c] Longaon
[d] ventus
[e] seuit: &
[f] M. S. non habet
[g] in
[h] quod vitium Ileam uocatur ab eo quòd intestina suis locis exclusa quasi obices faciũt, quæ
[i] stamine
[k] vt
[l] fricabis
[m] satis
[n] continuò
[o] Myrrham
[p] potio
[q] saccellationes ex
[r] calidissimo plenas
[s] super
[t] clysterizabis
[u] ouo

bis, & ita ventre laxato & stercora emittũtur & ventus. Quod si clyster defuerit, sal bene tritum & mel coques, [*& miscebis*] pastillosq; longos & duros facies, & in anũ iumenti interius immittes. Quæ res omnẽ spurcitiem humoris intus[a]stantem abstrahit, & ad sanitatem perducit, nec est aliud quod magis valeat subuenire.

[a] *obstantem*

[b]*Causa & cura strophi.* Cap. XLIII.

[b] *De strophi causa & cura*

SVnt animalia quibus assiduè ventris[c] impendit dolor, qui[d] strophus appellatur, & hac ratione concipitur. Interdum sudor animalium vel nimio cursu, vel[e] labore profluens, in internis residet[f] intra ventris intestinorumq; compaginẽ, qui punctiones doloresq; præstat interius. Et cum totum à labore cessauerit, ac refrixerit corpus animalis, cessat & dolor. Sed cum à labore calefieri cœperit, rursus exoritur, & ideo strophus uocatur. nam frequenter volutatur, & cum surrexerit, terrã pedibus tundit, & interdum[g] terram quasi manducare conatur, & iacens videtur quasi pusillum requiescere, & surgens citius ambulare se cogit. Sed ex hac iniuria frequẽter volutando ventum sibi nutrit intrinsecus, & fit tympanites, ex quo &[h] iumentum rumpitur, & præsens vitæ periculum consequitur. Quod vitiũ si in perpetuum auferre volueris, paracenthesim facies sic: quatuor digitis sub vmbilico [*ad*] veretrũ versus, medio climate ventris sagittam inijcies [*ita*] vt nõ solum cutem, verum etiam[i]peritonæum ipsum aperias.[k] Peritonęum enim dicitur membrana quę intestina omnia continet. Ad mensuram autem cum magna cautela peritonæum aperies, ne intestina lædas, & præsens discrimen inferas. Post[l] exempta sagitta subijcies fistulam[m] centimalem, quã Mulomedici portare consueuerunt, minutis foraminibus multisq; pertusam, per quã [*fistulam*] foras humor emanat, quẽ suscipies in vase, & inuenies[n] limpido lotio similem, tolles verò non minus sextario. Hæc cura etiam

[c] *interuenit*
[d] *stropholus*
[e] *dolore*
[f] *inter*
[g] *M.S. non ha-*
[h] *omentum*
[i] *periconium*
[k] *periconium*
[l] *exemptam sagittam*
[m] *centinalem*
[n] *lympidũ lotu*

etiam illa animalia sanabit, quæ vel stupida vel macra sunt ex coactione longi tẽporis, quibus nitrũ diligenter cribratũ[a] in hordeũ debes aspergere, quod omnes asperrimos humores & spurcitias corporis purgat. Sed strophis dabis potionẽ superius declaratã plurimis diebus. Etiam [b] acopo termantico renes eorũ, totumq; corpus perunges, & diebus aliquot à[c] pluribus facies confricari. Ad vltimum renibus eorum causticum induces, & sic reuoces ad laborem.

[a] hordeo
[b] Acopo etiam
[c] plurimis

De lumbricis, coßis, tineis, & pediculis. ~~Cap. XLIIII.~~

INtolerabilẽ dolorẽ intestinis inferunt lumbrici, [&] vermes, &[d] tineolæ, quas alij pediculos appellant.[e] Nã coagula & aqualiculũ intus erodunt] & vulnera faciũt. ex qua necessitate animalia macrescunt &[f] coriaginosa fiunt, & sine febre non[g] erũt & celeriter moriuntur. Huiusmodi passionis signũ est, cũ inuenitur humor in ano fabæ coctæ similis:[h] est namq; sanies ex vulneribus] quę bestiolę intrinsecus fecerũt. Ieiuna animalia ex hac[i] necessitate vehementius torquentur. Nam cũ his deest cibus, magis vitalia cõsumũtur à vermibus.[k] Hi nõ sunt inflati, & tamẽ[l] per dolorẽ se volutãt, & in spinã se pijciũt, & caput sibi[m] intra pedes mittũt, & ostendũt[n] doloris sui locũ, dentibus ilia sibi quasi scalpunt, & rodunt nõnunquã lumbos, & caudã parietibus [o] confricant. Cũ ista signa ostendere cœperint, & crebro clamare, hoc est, vehementer hinnire, scias eos iam morti esse vicinos. quibus adhibetur ista curatio: Olei viridis & amari sextarios ij. fasciculũ absynthij pontici cõcoques. pręterea nasturcij seminis, santonici, coriandri seminis, radicũ seminis, sinopis pontici [p] vncias singulas, mirtis & fœnigræci selibrã] hęc infusa & decocta in oleo illo facies pmanere, ex quo[q] heminã olei, & aquæ tepidæ hæminã dimidiã] per cornu dabis. quæ virtus medicamentorũ, & lenitas olei animalia ipsa intus occidit, & foras eijcit. Ex quã potiõe

[d] tineæ minutæ
[e] Nanq; gulam & aliquantulum interius elidunt
[f] gibbosa
[g] sunt
[h] cum autẽ sanies exit à vulneribus
[i] paßione
[k] Hæc animalia non sunt inflata
[l] propter
[m] inter
[n] dolorem cum
[o] fricant
[p] æquis ponderibus misce vnciam vnam & fœnugræci libram semis
[q] oleo heminã & aqua tepidæ heminã aqua dimidiam

ſi per multos dies acceperit, permixto nitro tunſo & caſtoreo, omnes lumbricos & tineolas [*vel coſſos*] & vermes[a] diſcludit à corpore, & cum ſtercore eijcit, & reſtituit ſanitatem. Alia potio ad lumbricos, tineolas,[b] & coſſos: Santonici, abſynthij pontici,[c] pulueris, lupini crudi, ſeminis naſturcij, ſcobis cornu ceruini, ſeminis radicum vncias ternas, ſinopidis pontici paſtillos[d] tres,[e] erui vncias tres, vini auſteri ſextarios[f] tres, olei hiſpani[g] ſextarium vnum, opopanacis vnciam vnam, ſeminis coriandri heminam: hæc omnia diligenter trita decoques, & quotidie ieiunis heminas ſingulas dabis.

[a] excludit · *[b] vel* · *[c] pollinem* · *[d] quattuor* · *[e] orobi* · *[f] quatuor* · *[g] ſextarios duos*

De clyſterijs ad curam lumbricorum & tinearum. ~~Cap. XLIX.~~

SEd quia peſtes ipſe ſæpius ad [h]coagula ſe conferunt, & potio per os data, ad loca vbi morãtur rarius peruenit, ideo etiã per anum adhibenda ſunt clyſteria: aceti acerrimi ſextariũ [i]vnum ſemis, olei viridis tantundem, opopanacis vnciam[k] vnam, centaureę[l] vncias duas abſynthij pontici vncias tres, ſantonici vncias tres, farinæ lupini crudi vncias tres[m] erui vncias tres, ſeminis raſani, ſeminis coriandri vncias ternas, nitri triti vncias tres, radicis capparis tunſæ vncias tres. hæc omnia decoques cum oleo & aceto, & per triduum ſingulos ſextarios bene calentes per anum[n] de clyſtere[o] diffundis animali. Memento autem quoties per os potionẽ das, animal contra cliuum teneri debere, vt facilius quod acceperit ad interiora deſcendat. Quoties autem [p] clyſteriabis, caput animalis in valle ſtatues, & clunes ad altiora conuertes, vt quod per clyſterem diffundis ad interiora perueniat. Diutiſſimè autem poſt potionem in talibus locis animal retinetur, vt facilius necentur vel eijciantur peſtes internę. Ad coſſos[q] & lumbricos ſpecialis potio: Herbę cameleontis radicem ex aqua ad tertiam decoques,

[h] coagulare · *[i] vnum* · *[k] vncias quatuor* · *[l] vncias tres* · *[m] farinæ orobi* · *[n] ad* · *[o] infundis* · *[p] clyſterizabis* · *[q] M. S. non habet*

decoques,& cũ opopanacis duabus vncijs misces, ac vini heminã, & ad cornu per sinistram narem [a] diffundis. Item alia ad lumbricos.] Seminis coriandri quantũ vna manus cœperit friges, nasturcij quoq; seminis tantundem diligenter teres, quæ vtraq; cum aqua tepida per triduum faucibus infundes.[b] Ad matricis dolorem medicamen. Aloe epaticum, masticen, castoreum, lauri baccas, amoniacum, vino & melle mittis in ollam, & bullita atteres, dabisq; ad bibendum.

[a] *infundis*

[b] M.S. non habet

De iumentis calculosis. Cap. XLVI.

VEre verò & Autumno hæc detur potio] [g] costi semiunciam, cassiæ fistulæ [h] vnciam, [i] celticæ semiunciam, petroselini semiunciam, betonicę semiunciam, glicericæ semiunciam, sagapini semiunciam [i] spicæ indicæ semiunciam, saxifragæ, eupatorij, meliloti, iris illyricæ, ana semiunciam, centaureæ, gentianæ, aristologiæ longæ, ana vnciam j. amomi, aristologiæ rotundæ, ana semiunciam] scinoanthos semiunciam, [*Draguntea semiunciam*] asari, aloe, ana semiun. murræ vnciā, [k] opopanacis radicis draconteæ, ana semiun.] [l] croci vnciam, draganti unc. [m] vj. castorei [n] vnciam, absynthij pontici fasciculos ij. hæc omnia in puluerem redacta ad. xij.

[g] M. S. non habet
[h] semiunciam
[i] sansuci, spicæ indicæ, saxifragæ semiunciā
[k] opopanacis rad. semiun. opopātis vnc. j.
[l] dragantidis
[m] septem
[n] semiunciam

[a] animalia per triduum sufficere creduntur, ita vt cum vino optimo[b] digerantur.

a cochlearia *b misceantur*

Potio omni tempore necessaria. Cap. LX.

ALia potio quę omni tẽpore exhibetur] costi, [c] meliloti, hyssopi, iris illyricæ, aristologiæ, sampsuci, [d] dracontij, asari, [e] dragãti, centaureę minoris, marrubij, gentianę, spicę celticę folia, æquis ponderibus [f] misces, redactaq; in puluerem cernes, sed si æstiuã] dare volueris potionẽ, cõmisces croci, mellis, & draganti quod sufficiat. [g] Si autem potionem facies hyemalem, addis, piperis, appij seminis, & seminis sinapis. Vtroq; autẽ tempore[h] cum boni vini sextario plenum cochleare miscetur, faucibus animalium diffunditur.

c mellis l. ti *d draganteæ* *e dragatidis* *f miscens pul-uerizata. Et si æstate* *g Et si in hyeme* *h totum*

De difficultate vrinæ. Cap. LXI.

DE vrinæ difficultatibus ordine suo multa dicenda sunt, [i] sed viatorium istud, & physicum, &] semper paratum te scire conuenit. [k] Lutum ex cuiuscunq; equi lotio factum vino permisces, colatumq; per nares infundes, & confestim prouocat vrinã. Item allium conteres & [l] in anum inijcies & veretrum, mox egerit lotiũ. Item, Puluerẽ quoq; thuris cum ouo vinoq; permixtũ, addito succo apij & cauliũ, si [m] potionẽ dederis, prouocabit vrinam. Item, betas ac maluas ad tertiã decoques, ex quibus aquã calentem ad medium sextariũ cum melle cõmisces, & per os [n] digeres, proderit minctioni.] Itẽ, Cimicem quoq; in aurem equi mitte, & [o] alterum supra naturam in ipso foramine quo mingit confrica, facillimum certumq; remedium est.

i Sed in adiutorium istis physicum remediũ *k potius* *l naribus* *m Potione* *n ad cornu dextris statim confert* *o in foramẽ virgæ. Certum remedium est.*

De Stropho. Cap. LXII.

ITinerũ casibus subuenire cupientes, de [p] pluribus pauca, sed manifesta [q] libabimus. Nam animalia sub [r] sessore vel onere dolor ventris frequenter affligit, [ita] vt voluentur & procumbant. Semen itaq; rutę syluestris vel hortensis si illa defuerit, diligenter tritum cum vino ca-

p plurimis *q dicamus* *r cessione*

lido per fauces oportet infundi. Præterea aquam in qua vsq; ad tertiam betæ decoctæ sunt, succumq; earũ nitro trito [a] solerter admisces, oleiq; addes heminam, tepefactaq; in intestinum per clysterem diffundes, cum prius pronum animal statueris, vt iniectũ ad interiora [b] perueniat. quæ si forte [c] defuerit, mel coctum cum tertia parte salis triti [d] cogis in pillulas, ita vt collyria ad oui magnitudinẽ facias, similiterq; prono animali in intestinum vel quinq; vel septẽ, aut nouẽ collyria inserere curabis. post [*quod*] soluitur venter & mitigatur dolor. [e] Itẽ, physicũ tradit os limacis neq; manu immũda, neq; terra, neq; dẽte cõtactũ alligare vmbilico dolẽtis, curare cõtinuo.

[a] solenniter
[b] decurrit
[c] defuerint
[d] reducis
[e] M.S. non habet

De dorso curando. Cap. LXIII.

PLerunq; dorsum animalibus aut [f] sarcina lædit, aut sella, propter [g] stramenti negligentiã vel oneris iniuriam. quod in itineribus interdum necesse est euehire, sed recens tumor hac ratione [h] curatur: mallonem ceparũ vel ipsas cepas in feruenti aqua decoques, & calentes quantum corium valet sustinere, tumori super impones, & fascia ligabis. vna nocte omnis aufertur inflatio. Præterea sal tritum cum aceto miscebis, additoq; vitello oui loca quæ tumere cœperint perfricabis, recens indignatio [i] destricta siccabitur.

[f] sigma
[g] sternentis
[h] pellatur
[i] astricta

De probatissima potione diapente. Cap. LXIIII.

C[k]Vi curæ est animalium salus, potionẽ superius declaratam, quam specierũ numero diapenten græco vocabulo nuncupãt,] Gentianæ, aristologiæ, murræ, baccarum lauri, rasuræ eboris, paria pondera diligẽter trita atq; permixta, domi, siue in itineribus prius [l] condita, habere oportet in promptu, vt quoties [*aut*] mœstum aut horridum videris animal, aut morbi alicuius

[k] Potio diapenton, nominata superius in capitulo morbi humidi, prætere a hæc est.
[l] dicta

labe tentatũ, statim plenum cochleare ex puluere memorato cum sextario vini optimi per fauces diffundas, & per triduum,[a] etiam equo in labore constituto, digeras] vt aduersus virus internum subueniat. probata curatio. Tussienti autẽ cum passi heminâ dabis, & statim sentiet curam. Si liber, cui iam ponendus est finis, legentium non offendit auditũ, sequenti volumine inchoantes à vertice vsq; ad vngulas ex diuersis authoribus enucleatas animalium publicabimus curas, vt ordo, qui[b] à natura datus est, in [c] medendi dispositione seruetur, ne indigesta ac membrorum consequentiæ repugnans pagina quærentem confundat, aut tardet.

[a] in labore constituto equo dabis

[b] anteà

[c] presenti expositione

Premittenda que ... 76.

FINIS LIBRI PRIMI.

IN SECVNDVM ARTIS VETERINARIAE VEGETII librum, Prologus.

MVlomedicina ars iamdudum vitio cupiditatis, & exiguitate mercedis, nullo [a] *studiosius discente, collapsa est.* [b] *Nunquid verò exemplo Hunnorum siue gentiũ aliarum artis ipsius etiam vsus* [c] *intercidet, dum homines refugientes expensas, barbarorum consuetudinẽ imitari velle se simulant, & incurata animalia hybernis pascuis, &* [d] *negligentia casibus dedunt? Quæ res nulli compendium,* [sed] *plurimis attulit damnum. Primò quod* [e] *Barbarorum animalium* [f] *alia natura, & ad omnem iniuriam durius corpus est. Deinde quòd sic instituuntur à paruulis, vt nec potionem medicinalem* [g] *requirant, & hybernis pascuis* [h] *vigeant, ac sine pernicie frigora* [i] *pruinasq́; sustineant. Nostra verò iumenta & mollioris generis sunt, & tectis frequentioribus assueta, calidißimis etiam stabulis imbuta, cum indignationẽ ex aliqua neceßitate* [k] *contraxerint,* [l] *continuò in aliquod genus incidunt morbi. Diligens itaq; paterfamiliâs, cum mortibus animalium suorum & cum medicina expensis atq; mercedibus faciat rationem, intelliget vnius vilißimi iumenti pretium ad multorũ, quæ sine dubio peritura* [m] *sunt, si curata non fuerint, salutem posse sufficere.*

[a] studio finis
[b] Nuper
[c] intercidit
[d] negligentibus calonibus
[e] barbaricorũ
[f] alia natura
[g] inquirant
[h] degant
[i] niuesq́;
[k] sustinuerint
[l] M.S. non habet
[m] essent

VEGETII RENATI ARTIS VETERINARIAE liber secundus.

DE [a]VALETVDINIBVS CAPITIS.

[a] valetudine

Caput primum.

IN vniuerso animantium genere caput obtinet principatũ, quod eminentius cæteris, dominatũ quendam circa[b] loci ipsius conditionẽ] sortitur. In eo est odor, gustus, auditus, ac visus: quod quantum habet potestatis, tantum sustinet ex labore discriminis. Causas itaq;, ex quibus ægritudines generentur, & signa, per quæ qualitas eorundem possit agnosci: curas etiam, quarum medela sanitas reuocetur, per ordinem indicare tentabimus. Plerunq; autem in corporibus iumentorum indigestionis vitio [c] sanguis corrumpitur: quod euenit cum[d] ex] æstu vel frigore debilitata sunt membra, & [e] in capite frixus sanguis vertitur in virus.] Tũc enim repletis venis cerebri membrana distenditur, & somni[f] salubritatem frequenter[g] excludit. Ex quo necessario dolor capitis, mœstitia, & imbecillitas[h] subit. Quæ valetudo & prima videtur, & leuior, si velox medicina subuenerit.

[b] subiecta loca ipsius conditione

[c] sanguinis plenitudo

[d] M. S. non ha

[e] noxij sanguinis virus in caput se rapit

[f] salubritas

[g] excluditur

[h] subsequitur

De [i]Appioso. Cap. II.

[i] Opioso

CAeterùm cum noxius sanguis membranam cerebri ex vna parte pertuderit, & [k] eandem dolore nimio cœperit[l] prægrauare, efficitur animal [m] appiosum: cuius & mens hebetatur, & visus. Nam cerebri incolumitas, & oculos pascit & sensus. In qua passione quia

[k] eadem

[l] prægrauat

[m] opiosum

vna

vna pars capitis prægrauatur, tanquam ad molam [a] vadit ingyrum.

De frenetico. Cap. III.

CVm verò medium cerebrum corrupti sanguinis [b] infecerit, animal freneticum redditur, vt repente saliat, & [c] velut effugere velit, [d] parietibus se tanquam irregibilis impingat, nec possit ratione aliqua cõtineri.]

[e] De cardiacis. Cap. IIII.

C [f] Ardiacus is est, cui cor dolet. [g] Cardiacus autẽ fit, quoties sanguinis illa corruptio stomachi [h] vel thoracis impleuerit venas, [i] cerebrumq; percusserit, cor etiã pestiferi humoris labe [k] constrixerit. Quę valetudo [l] inducit mentis [m] alienationem, & corporis sudore monstratur. ex qua difficillimè liberantur. [n]

De rabioso. Cap. V.

QVod si [o] Appiosum, simul passio thoracis inuenerit [p] facit continuò rabiosum. Ex ardore enim nimio iecinoris & sanguinis, venæ cordis neruiq; præfocantur, ex qua constrictione fit dolor ipsius loci vsq; adeo, vt mordendo se comedat. Ex quibus valetudinibus si animal fuerit liberatum, & post curationem aliqua pars cerebri fuerit imminuta, vel tumor subcreuerit ineptum iumentum, pigrumq; redditur. & [q] in illa parte capitis vbi vitium remansit, difficile se gyrabit, & ex eo latere se parietibus iungit, & tarde incedens, non sentiens plagam, [r] ambulaturæ gratiam perdit, &] erit submisso capite, & cum stare cœperit cum tarditate se mouet, minus etiam videbit, nec cibum nec potum recusat. Quem si curare volueris, [s] cyclo curabis. In omnibus [*autem*] suprascriptis valetudinibus, [t] primũ de

[a] vti equũ aut mulum rapit
[b] infestauerit.
[c] M.S. non habet
[d] M.S. non habet
[e] cardiaca
[f] M.S. non habet
[g] cardiaca
[h] &
[i] cerebrum concusserit
[k] perstrinxerit
[l] M.S. non habet
[m] alienaiione
[n] M.S. subijcit superiora verba: Parietibus quoq; se tanquam irregibibilũ impingat, nec possit ratione aliqua contineri.
[o] opiosum
[p] cõtinuo rab. efficitur
[q] illa pars
[r] ambulãs grauiter pergit
[s] ex cyclo & helleboro
[t] prius

temporibus minuendus est sanguis, sed & de matrice aliquando tollendus. Cura autem penè omnium[a] similis est, cuius ordinem sequentia declarabunt.

[a] *eadem*

Qua obseruatione [à] cyclo curentur animalia. Cap. VI.

MEmineris autem omnes valetudines præcipue veteres periculosas, cyclo oportere curari. Cui hæc obseruantia & ordo est adhibendus: Triduo ab hordeo[b] abstinebitur animal, temperabitur etiam mollibus cibis, post diem tertiam de dextra[c] ac sinistra, prout ætas aut vires, vel valitudo permiserint, de matrice sanguis auferetur. Quo facto, per triduum[d] viridi cauliculorum ac lactucarum sustentabitur[e] cibo. Primo vno die à cibo[f] eum sustinebis aqua. nono autem] die offas caulium cum liquamine & oleo optimo temperatas non minus viginti digeras, cui nihilominus lactucam dabis in cibo[g] ter in die] post potionem bibere semper incipiat. Si verò venter[h] vehementer solui inceperit, caulium offas dare desistes: [i] dabis paleas[k] & furfures, ita vt sequente die penitus nihil manducet, sed solam aquam percipiat ad bibendum, ac [l] postero die inducatur in cellam balnei calidam, & sudet. Opus est autem diligentia vt [m] reducatur celeriter de calore, ne intercluso spiritu pereat: tunc [n] extergetur diligenter, vinoq; & oleo largiter perfricatus, accipiet[o] cum nitri puluere folia rafani conspersa, quantum commodum est. Postmodum cum radicibus cucumeris asinini viridis minutatim concisis oleum optimum misces, & in vase nouo ita decoques vt tertiam perdat] ex quo singulas heminas per capita animalium per triduũ dabis, vt potio ventrem resoluat. Sed si vltra modum fluere cœperit, lenticulam & hordeũ [p] pari mensura friges & [q] de his singulas.

[b] *abstinebit*
[c] *aut*
[d] *iure*
[e] *Et post*
[f] *& aqua abstineat. Nono iam.*
[g] *Ita vt secunda die*
[h] *vehementius*
[i] *&*
[k] *aut*
[l] *postremo*
[m] *educatur celerius*
[n] *tergetur*
[o] *hanc potionẽ ex pulueris nitri, folia raphani, radices cucumeris siluestris contere & adde oleũ, coque in vase nouo ad tertiam.*
[p] *pariter*
[q] *his.*

gulas bilibres per dies singulos cum furfure & paleis dabis. Quinque itaque diebus operam refectioni eius impendes, & leuiter exercebis, intelligas [a] quantum vires corporis sanitasq; profecerit. Post [b] hæc eum] pro arbitrio despumabis. Sequente die caput eius purgabis [c] exorica, vel radice dianaria, quam [d] Artemisiam dicimus: si hæc non fuerint, ex liquamine optimo cum oleo mixto. cuius caput pedesq; connectis, cùm bene purgatum agnoueris, [e] soluito, butyrum ex oleo roseo solutum] infundes in nares, vt [f] illo purgationis mitigetur asperitas, ita vt singulæ cotylæ singulis naribus infundantur. [g] Si supradictæ potiones non soluerint ventrem, mellis, hellebori albi pondus vnius denarij cum heminâ dulcis vini bene tritum in potione recipiat, vel certè scammoniæ pondus duorum denariorum diligenter tritæ cum dulcis vini heminâ simili ratione diffundes in fauces. Quòd si venter vltra modũ dissolutus discrimen importat, anagallicum, succo ptisanæ ad restrictionem ipsius dabis, lenticulamq; & hordeum frixum, singulas bilibres cum paleis & furfure præbebis in cibo. Ad vltimum, partes quæ in causa sunt, sinapizabis diligenter, sinapizatum cautere ferreo, vel quod vtilius creditur, cuprino combures, vsta curaturus ex more. Potionem quoque ex antidoto polygresto per dies plurimos dabis, & exercebis leuiter, & ad cibaria ipsius aliquid per partes semper adiunges, donec ad pristinam consuetudinem reuocetur. Insanabiles valetudines cyclo affirmantur posse curari, id est, insani corroborari. caduci cyclo curati vtuntur in capite: morbidi verò, dysenterici, coriaginosi, orthopnoici, strophosi, cyclo curentur in renibus.]

[a] inq[...] [b] ho. ip[...] [c] ex oriza [d] Artemiam [e] butyro & oleo roseo simul mixtis [f] illa [g] M.s. non habet. cum

De cerebro commoto. Cap. VII.

CErebrum plærunque diuersis passionibus [h] commouetur, quod his deprehenditur signis: Ambu-

[h] molestatur

labit [a] prauus, & frequenter offendet, & toto se corpore commouet. Cuius ista curatio est: Baccas lauri numero xx. nitri selibram, rutæ manipulum: quæ omnia diligenter trita, cum aceto non acri, & oleo optimo rosaceo [b] commixta, hyeme calefacies, perunctoq; oleo capite eius & cerebro, vel auriculis, cerebellum [c] de lauata] pelle conuoluis. Quæ si fortè defuerint, farinam hordeaceam resinamque miscebis, ex quo cataplasma [d] confectum cerebro oportet imponi. [e] Prætereà ceram oleo cyprino coniungis, & linteolo inter auriculas ad ceroti instar imponis. Sed & reliquum corpus potionibus refouendum est. Tres fluuiatiles cancros conteres diligenter, & cum duabus vncijs succi caulium, addito lactis sextario, olei duobus cyathis, permiscebis, & colatum per os diffundes ad cornu. Quorum si inopia est, mellis cyathos duos, aquæ calidæ sextarium j. coquito, ex quibus pastillos facies, & in aqua frigida dilues, & dabis in potum. Prætereà si hyeme curaueris, farinam triticeam: si ęstate, hordeaceam, aquæ frigidæ adinuicem amuli permixtam in potione præbebis.]

[a] *improuidus*
[b] *mixta*
[c] *de lanata*
[d] *confestim*
[e] *M. s. non habet*

De dolore capitis. *Cap. VIII.*

DE capitis dolore multi [f] authores multa dixerunt. Cuius hæc sunt signa: Tumor circa oculos apparebit, pabulum recusabit, lingua eius & palatum labiaq; tumebunt, quantò vehementius increuerit morbus, tantò [g] exoritur] [h] amplius tumor: ambulantes toto corpore vacillant, [i] vmbramque suam velut odorantes expauescunt.] Cuius passionis ex corruptione sanguinis nascitur causa, cum indigestione ciborum naturali meatu intercluso, vel certè derelicto, in eas venas, quæ circa tempora sunt, [k] defluit, membrámque cerebri vitiat. Cui] sanguinem de temporibus oportet

[f] *veteres*
[g] *crescit*
[h] *amplior*
[i] *M. s. nō habet*
[k] *transire non posit. Cuius hæc est cura. Primum,*

portet minui, & continuò oleo acetoq; [a] permixto, caput largiter perungi. Quòd si hyems fuerit, hordeum pridie infundes in aquam & decoques, calidamq; in sacellos immittes, iumentorumq; caput [b] fumentando] diutius vaporabis. Alij [c] authores tolli de palato sanguinem iubent. Tunc cimoliam cretam ex aceto infusam, & merdam bubulam recentem cum nitro trito miscent, & in cacabo super carbones decoquunt, calidumq; cerebro languentis imponunt, aceto rigantes ne creta astringatur [d] ad pilos vsque] cùm prius calida [e] fumentauerunt] caput. Dolorem capitis [f] propè ad insaniam] ista signa demonstrant: Quoties graue est, & in præsepio se deponit, lachrymæ frequenter oriuntur, auriculæ stabunt, oculi grauiores erunt, [g] anhelitus creber, aridus pilus, tremores frequentes, tristis aspectus.] Quem in primis ab aqua abstinebis ne nimium bibat, de vtraque parte colli sanguinem detrahes, caput sicut scriptum est, curabis.

[a] permixtis
[b] M.s. non habet
[c] veteres
[d] in pilis
[e] diligenter fumentauerit
[f] ac prope insaniam &
[g] M.s. non habet

De [h] Distentionibus. Cap. IX.

[h] distentione capitis

Distentionis quoque valitudo ad capitis præcipuè causam refertur. Cuius hæc erunt signa: Impediente caligine obscurabitur visus, tremor & sudor totius corporis insequitur. [i] Quod vitium contingit ex aqua, si [k] sudans iumentum] biberit: vel ex digestione cibi, [l] si non dormiat, vel substrictus manserit. Huic capitis membrana distenditur. Quæ passio cæterarum valetudinum & fons probatur & mater. Nisi enim inter initia curaueris caput, vt animal dormiat competenter] fiunt [m] appiosi, insani, rabiosi, frenetici, cardiaci. Igitur cùm animal distentionis ægritudo [n] comprehenderit, de ceruice eidem sanguinē tolle pro magnitudine corporis [o] & ætatis. [p] Et si æstas erit,

[i] Hoc
[k] sudat iumentum &
[l] M.s. nō habet
[m] opiosi
[n] apprehēderit
[o] vel
[p] M.s. non habet

oleo & aceto caput totumq; corpus perunges, & diutissimê confricabis, loco refrigerato & opaco inclusum continebis, substernes etiam stercora sicca vel paleas, vt prouocet ipsa mollicies ad cubandum, locum calidum declinabis, nam impedit somnum: furfure vel paleis vel folijs lactucarum reficies. prætereà potum præbebis exiguum: cùm conualescere cœperit, modicis ambulationibus exercebis: vbi idoneum visum fuerit ad cibaria largiora infusum hordeum ad pristinam consuetudinem paulatim per incrementa reuocabitur. Si die septimo non profecerit, sanguinem iterum de temporibus emittes, & caput sine intermissione curabis] [a] potionem dabis] qua sanantur [b] appiosi: Nasturcij seminis, appij seminis, [c] seminis lactucæ, anagallici, petroselini, aneti, papaueris syluatici seminis] vncias singulas, piperis [d] scrupulos iij. croci drachmam vnam.] Quæ omnia bene [e] cribrata atque commixta ex aqua tẽperabis [*&*] tochischos facies, vt habeant nõ minus quàm singulas drachmas [*in die*] [f] In dieta vnum trochischum in aqua dissolutũ per os digeres. quod quotidie oportet fieri donec sanitas redeat. Si non appetit cibum, singulos trochischos solutos cum succo ptisanæ quotidie præbebis. Vinum nunquam dabis: Capitis enim valetudo sumpto mero deterior efficitur.]

*[a] *potio etiam datur*
*[b] *optosi*
*[c] *M.s. non habet*
*[d] *vnciã vnam*
*[e] *trita*
*[f] *M.s. nõ habet*

* *De* [g] *appioso.* *Cap. X.*

SI quod iumentum [h] appiosum fuerit, in [i] præsæpio incumbit, oculos tensos hebebit, [k] micabit auriculis, visus caliginem patietur, & gyrat in circulo tanquam ad molas.

De rabioso. *Cap. XI.*

QVòd si etiam fuerit conuersus in rabiem, sic intelliges. [l] Subitò hinniet tanquam sanus] parem suum

** Caput X. & XI. coniunctim sub vno leguntur in M.s.*
*[g] *oppioso*
*[h] *oppiosium*
*[i] *præsepium*
*[k] *nutabit*
*[l] *inuenies tanquam sanum*

ſuum appetit morſu, vel hominem, præſepia aut ilia ſibi mordicans rodit : quem ſicut appioſum curabis. Prorſus [a] abſtinebis ab hordeo, [&] mollibus cibarijs [b] ſuſtentabis. Præcipuè autem apium viridem quantum voluerit præbebis. Sanguinem de temporibus aut de ceruice [c] emittes, loco tenebroſo ſtatues, caput eidem huiuſmodi [d] acopi confectione curabis: Opopanacis [e] libram j. reſinæ, terbentinæ ana vncias [f] ij. galbani vnciam j. reſinæ frixæ vncias iij. maſticis tritæ vncias ij.] olei veteris libram j. ex hoc ei cerebrum & [*inter*] auriculas confricabis, oleum tamen ſolum ac liquidum in aures eius ſuffundes. [g] Cuius tamē prius quàm acopo vtaris, ſacellationibus caput cerebrumq; vaporare te conuenit, & caput appoſito cerebello communire. Potiones quoque ex trochiſcho ſuperius memorato quotidie præbebis, collyrio acri inungis aſſiduè vt caligo ex oculis poſſit auferri. Quæ cura ſi non profecerit, caput & tempora ſub ipſo protocomio ſemiſſe inuris cauterio, quod & ſuper venas temporales facies. Plærique tamen facies ne deforment iumentum ſolo tabulare palati [*] confecto ſani fieri poſſent. Feruor enim foci debilitatem capitis tollit, & membranam menti priſtinæ, ſanitatiq; reſtituit.]

a *abſtinebit*
b *fomentabis*
c *educes, in*
d *apij*
e *vnciā vnam*
f *tres*
g *Hæc M.s. nō habet*
* *vſto*

De inſania. Cap. XII.

ALij authores inſanientis iumenti ardentes & [h] ſanguineos oculos & humore ſuffuſos [*vel*] ſtantes auriculas dicunt vel [i] micantes, vt ad inſtar indomitorum nec capi poſſit, & [k] captum parietibus ſe illidens [l] conetur effugere] terram pedibus fodiet, & multum [m] flegmatis ex ore profundet. Quod hac ratione curatur: Auferatur ei ſanguis de [n] angularibus venis, de palato, & poſt de cruribus. à cibo [*autem*] eadem die abſtineatur & potu. Alia [o] autem die aquam frigidā da-

h *ſanguinolentos*
i *nutantes*
k *capite*
l *niſi teneatur effugiet*
m *flatus*
n *iugularibus*
o *verò*

[a] ipsius
[b] purgetur vēter et cerebrū, & obscuro
[c] ad
[d] in herba, &
[e] libram j.
[f] duas
[g] M.s. non habet
[h] anisi
[i] succum ptisanæ dabis
[k] M.s. nō habet
[l] M.s. nō habet
[m] myrrham.
[n] obdormiant
[o] ipso cōtactu
[p] enim
[q] hinniunt
[r] quandò
[s] om. memb. animaliū, tum precipuè cap.

bis ei bibere. Auferantur stercora quæ in ano [a] eius sunt, per quatriduum continuato clystere, curabitur [b] vēter, vngetur cerebrū, secreto] collocabitur loco, accipiet [c] in substantiā [*intuba*] porros, [d] & herbā mollissimam] aut mollissimū fœnum. His potionibus percurandum: pulueris thuris [e] drachmam j. aceti albi sextarium j. radicis panacis vnciam j. herbæ saxifragæ vncias [f] iij. ex aqua mulsa per os dabis. [g] Lactis caprini sextarium vnum defundis in fauces, quod si defuerit, ciminum rusticum pondo duo in puluerem rediges, additoq; olei optimi vno ebulo, ex aqua mulsa diffūdis ad cornu.] Sed cæteris potio hæc aptior creditur: apij vnciam j. iusquiami vnciam j. seminis [h] apij vnciam j. seminis lactucæ vncias ij. papaueris syluestri vnciam. quæ omnia in puluerem redacta commisces, & vnū cochlearium magnum ex aqua dabis, vel si cibum non accipit, [i] ex succo ptisanæ] obscuro & frigido: [k] & laxiore] loco statues, silentiumq; præbebis vt dormiat. prius tamen oleo ac pice liquida caput perunges, auresq; complebis, tempora etiā munies [l] cerebellare vel] fascijs, [m] mirtam quoq; aridam conteres, & aceto oleoq; miscebis, corpusq; eius totum diutissimè confricabis. Solent constringi [*diligenter*] & obrui stercore vt sudēt & [n] dormiant. Quibus si somnus venerit, afferet sanitatem. Rabiosum verò iumentū eadem omnia, & maiora ostendit quàm insanum. Nam & alia animalia comedit, & facit [o] ipsa contagione rabiosa. Plerunque [p] etiam morsibus intestina sua extrahunt & [q] ineunt fortiter. Quæ valetudo ex nimiâ sanguinis abundantiâ & ardore contingit. Curatur autem obseruatione & potione superius declaratis.

De Chirurgia. Cap. XIII.

CHhirurgia appellatur [r] quodcunque secatur ferro, vel cauterijs vritur. quæ [s] cùm sit omnibus

membris

membris animalium, præcipuè tamen capitis] necessaria est medicina. Quodcunque igitur iumentum in qualibet parte fregerit caput vel nudauerit casu, sollicitè curandum, ne indignatio vulneris in neruos cerebrumq; penetrando periculum generet: nec in primo medicamentis vti acrioribus cōuenit, sed magis[a] melle curare, cùm ad maturitatem venerint illa quæ fracta fuerant, [b] ossa laxantur, tenta [c]solerter, & mobili manu vel[d] forficibus eximito. Reliqua fragmenta ossis, quæ asperata sunt ferramentis [e] cædito atque] perradito, vt carnem facilius inducant. Nunquam enim clauditur vulnus si non raseris, donec sanguis per os ipsius respondeat. In quo maior est adhibenda cautela, quia solet in locis [f] ossuosis & comissuralibus fistula fieri. [g]quæ cùm] euenerit, [h] parumper iniuria afficit vulnus, per quod non sanies, sed humor liquidus emanat] nec vnquam [i] deducta cicatrice solidatur. Quod si euenerit, hac ratione curabis. Papyrum per ipsam fistulam [k] traijcies, ita vt capita papyri,[l] quæ extra fistulam eminent, ex vtraque parte alligas lino ne cadat, & diebus v. vel] pluribus, donec callositas fistulæ [m] papyri distentione turgescat, & maius] vulneris foramē fiat. Tunc [*autem*] ad mensuram vulneris ex fistulari medicamento collyrium [n] faciens] exempto papyro [o] intra fistulā inijcies, vt impleatur ex integro, [p] planè ne excidat munies diligēter. Post dies quatuor aut quinq; [q] soluis. si fistula ceciderit, traumatico curabis, quod vulneri semper immittes, donec spissa sanies, & non multa in eo loco reperiatur. Cùm autē iam lympidum videris collyrium, fac pollinem [r] herbi, & thus masculum tritum æquis ponderibus cū melle decoquito, & plagæ ipsi imponito, per dies plurimos quotidie curato ita, vt deprimas ipsas partes vulneris, quatinus iunctæ citius [s] cohærescant. Si] grauiter offenderit caput, vt cerebrum vexet

ervi

[a] *molliter*
[b] *M.s. non habet*
[c] *solenniter*
[d] *forpicibus*
[e] *cōpetentibus*
[f] *saxosis*
[g] *quod*
[h] *paruū et incurabile efficit vulnus, quod non saniē, sed humorē liquidum emittit*
[i] *ducta*
[k] *inducis*
[l] *extra orificia ex vtraq; parte alliges, ne cadat, & tribus*
[m] *tergere papyrū faciat, et nullum*
[n] *facies, &*
[o] *M.s. nō habet*
[p] *&*
[q] *ita quòd caro infecta cadat*
[r] *erui*
[s] *crescat. Sed si*

intrinsecùs, continuò de temporibus sanguinem eidem oportet auferri, & spongiam [a] aqua, si æstas fuerit] oleo roseo, & aceto æqua parte commixto capiti eius imponi, fasciaq; connecti, & cibos virides præberi. si nec ipsos appetit, quia omnem cibum recusat, fabam moles & conuertes in [b] pollinem, farinam quoq; triticeam pariter admisces, & cum mulsa per cornu ad substantiam animali tam diu faucibus eius infundes, donec cibos virides appetat, quos aqua marina vel salsa oportet aspergi.

[c] *De auribus.* Cap. XIIII.

A[d] Vurium vt vicinitate proxima, ita periculi non discrepans cura est. Quæ si casu aliquo fuerit à radice contusa, & collectionem fecerit, eam cùm maturauerit, scalpello secato, & pus sinito fluere. tum linis aceto acerrimo & oleo per triduum, quarta die traumatico curato, donec sanetur. Etiam si cartilaginem vexauerit, eiusdem medicinæ obseruatione proficiet.] Si verò à radice auriculæ, vel commissura capitis tumor magnus cum duricia extabit, ex fœnigræci & lini semine & tritici polline cataplasma imponito, [e] maturatam collectionem scalpello secato, ita vt inferius plaga spectet] quatinus humor per prona decurrat. Vino, oleo, & sale mixto [f] infusos lemniscos inducis] & vulnus per quatriduum fouebis, pòst traumatico vteris, [g] sed difficilis cura est] [h] quia fistulæ in talibus locis frequenter oriuntur. quæ si euénerint, suprascripta curatione curantur. Si tamen ægritudo vulneris vlterius etiam post medicamenta procedat, vicinæ vrendæ sunt, partes & [i] cauterio in ipsis collectionibus infigenda sunt [k] puncta vehementius, vt [l] & cutis & causa perrumpatur] interior. Pòst [m] solerter vsta curanda [n] sunt. Non enim aurium est negligenda curatio] ne ex dolore

[a] M.S. nõ habet
[b] *puluerem*
[c] *De tumore aurium*
[d] M.S. nõ habet
[e] M.S. non habet
[f] *infunde*
[g] *non*
[h] *tamen*
[i] *cauteria*
[k] *benè*
[l] *cutis et caro rumpatur*
[m] *solenniter*
[n] *non est, aurium neglecta curatione*

lore nimio generetur insania. Primùm purganda est auris diligenter intrinsecùs, vt auferatur quod dolorem mouet, aut lædit. Si nihil [a] inuenitur, spongiam nitro & aqua molliter infundes & [b] dilues, vnamq; noctem intra auriculam infusam spongiam manere patieris.] Die tertio nitro & aquâ calidâ fouere incipies frequenter & diu, donec dolor recedat. Quòd si aqua fuerit ingressa, oleum vetus & acetum æquis ponderibus adiecto nitro in aurem mittito, & succidam lanam superim ponito. Si vulnera fuerint [c] lyparem auribus inseres & [d] curasti.

[a] inueneris
[b] sic infusam vna nocte intra aurem manere patieris.
[c] Lipparia
[d] curabis

De pilis qui nascuntur in oculis. Cap. XV.

QVodcunq; iumentum in oculis [e] tritiacem patietur, id est, vt pili aliam palpebram [f] vrentes lachrymas moueant, visumq; cõturbent, hac ratione curatur. Nõ longe à pilis ab interiori parte scalpello plagam [g] dabis in [h] cute palpebræ, post [i] forpicibus per longum ad mensuram oculi fasciolam præcides, & impositis fibulis consues palpebram foris versùs, vt oculus sine deformitate recipiat visum & gratiam naturalem. Tunc verò optimo oleo, necnon etiam [k] muria infusam spongiam superpones, & oculum fasciabis. Post [l] die quinto soluis, tunc intrinsecus oculum collyrio curabis. deforis verò tetrapharmacum impones, non prius fibulas ablaturus quàm [m] duxerit cicatricem. Nihilominus & cadentibus fibulis, collyrij cura non deerit, ne caro rursus superflua excrescat. Sed plæriq; adhibent cum deformitate compendium, vt [n] partem quæ prominet ad mensuram naturæ [o] forpicibus amputent, [p] pusca quæ frigida sunt propter fluxum sanguinis foueant, oculum collyrio intrinsecùs curent, ne indignationis necessitate lædatur.

[e] tyriacem
[f] vertentes
[g] facies
[h] palpebra
[i] forficibus
[k] aqua marina
[l] diem quintum
[m] induxerit
[n] pars
[o] forficibus
[p] & pusca frigida

De suffusione oculorum. Cap. XVI.

SVffusio sicut hominum, ita iumentorum impedit visum, cuius tria genera ab authoribus indicantur:

Stenochoriasis, plotochoriasis, hypochoriasis, græcè papula nominatur. Stenochoriasis dicitur, cum constringitur visus & vires amittit. Quæ hac ratiõe curanda est, [a] vt sanguis de temporibus auferatur: radicem quoq; fœniculi, & herbam celidoniam, uel rutã decoques ad tertias, & cotidie ex ipsa aqua quantùm manus patitur, [*calida*] oculus foueatur. Inunges etiam collyrio [b] opobalsamo, quod suffusionibus prodesse cõsueuit, aduersus infestantes pilos. Tertia cura est, vt leui tenuiq; cauterio genę quę procreuerit inuratur. Quo facto, ducta cicatrice [c] cõteritur pellis, & palpebra [d] alterius eleuata à [e] pupilla cursu pilorũ arcet iniuriã. Platochoriasis aũt est, cum se vltra naturalem modum pupilla diffundit, & eripit visum, nec curari vllatenus potest. Nam sicut oui vitellus casu aliquo [f] disruptus in priorẽ formã [g] coire nõ potest, ita semel pupilla diffusa recipere nõ potest [h] vsum videndi. Quod euenit [i] equorũ sudore, dum membranula quæ continet lumen, [k] indignatione caloris disrumpitur: vel certè sollicitudo lõgi itineris ad indignationẽ iumenta compellit, aut læsum oculũ dominus curare neglexerit. Quod cum accidit, oculus videtur incolumis, nullius lachrymis, nullo sanguine, nulla indignatione prodit iniuriam, sed [l] visus tantùm declaratur indicio, quod in pupilla ipsius imaginem tuam tanquam in speculo videre non potes. Hypochoriasis autem à capitis humore descendit, & in vno oculo [m] sese primo ostendit, postea etiã ad alterum transit. Intelligitur autem humore vel lachrymis. Continuò sanguinem ei de supercilio, vel de ipsâ parte temporum detrahes, fomentabis ex tepidâ aquâ, in quâ radices fœniculi decoctæ fuerint cum rutâ. Præterea inunges collyrio [n] opopanato & opobalsamato. Quòd si institeris medicinæ, per lachrymarũ cursum cõsueuit sæpius caligo sanari. Temporales quoq; venæ cauterijs inuruntur, [o] & meatum humoris [p] excludunt.

[a] *Si visus caligat*
[b] *opobalsamato*
[c] *contrahitur*
[d] *altius*
[e] *pupillæ visu*
[f] *disiectus*
[g] *redire*
[h] *visum*
[i] *in equorum furore*
[k] *indignationis calore*
[l] *vno*
[m] *speculum*
[n] *opponacato*
[o] *vt*
[p] *excludant*

De

De paracenthesi in oculis. Cap. XVII.

QVòd si vis passionis intulerit [a]cicatricem, diligenter attende quo colore sit membrana, quæ[b] apposita pupillæ[c] impedit uisum. Si[d] auroso colore fuerit, insanabilem scias. Si candida nimium, etiam noueris non posse curare ipsam. Si verò spissa fuerit colore[e] oleagino muco similis, per paracenthesim ad hominum similitudinem, cum fuerit maturata curatur. Iumentum igitur pridie[f] temperabis à cibo, vel potu maximè prohibebis, in loco molli[g] elides, caputq; eius & ceruicem aptè collocabis, ita patentẽ oculum facies, vt claudere non possit. deinde ab ipsa fronte paracentheriũ inter tunicas oculares subiicito, ne pupillã tangas, aut aliquid lędas interius, sed ipsum albũ de superiori parte vbi[h] hypochisis posita est, [i]capitello paracentherij deorsum deprimis ad palpebram inferiorem subtiliter. Quod si depositũ fuerit, non prius paracentherium eximas, nisi clausum oculum penicello calido diutissimè vaporaueris, solet enim resilire. Quod si ita euenerit, reprimito, donec ita componatur, vt resilire nõ possit. Cum itaq; intellexeris claritatem pupillæ sine vllo obstaculo[k] hypochisis, tunc eximes ferrum, & inuenies animal videre. curabis sic. Ex oleo roseo & oui albo anacollima facies, lanam infundes, & super oculum [l]curatum] impones, ac desuper fasciabis. Caueto ne ipsâ die manducet, & moueat oculum agitatione maxillæ, sed tamen si voluerit, bibat. Alterâ die solues & calidâ fomentabis diutissimè. deinde fœnigræci succum in oculo infundis, & rursum anacollima supradictum similiter impones, fasciabisq;. Quod cum per triduum, aut quatriduum feceris, oculum solues, & fœnigræci succo fomentabis, [&] ex melle optimo [m]Attico unges, donec cicatrix se confirmet & oculus.

[a] cæcitatem
[b] opposita
[c] operit
[e] aurei
[d] oleagineo
[f] separabis
[g] deijcies
[h] hypocisma
[i] caput
[k] hypocisma
[l] M.S. Non habet
[m] antiquo

De oculo lunatico. Cap. XVIII.

[a] *ducat ita quòd impedit visum, quẽ morbum lunaticũ*
[b] *temporis*
[c] *verò*
[d] *tragmantico*
[e] *& ibi adures*

EST & aliud vitium eiusmodi, vt interdum oculo album [a] inducat, interdum lympidet: & quã passione lunaticum oculum] veteres nominauere. Cuius ista curatio est, vt de ipsa parte [b] temporũ detrahatur sanguis, interpositis diebus sub oculo, nihilominus sanguinem oportet minui. Cotidie [c] quoq; calido fomento oculum curabis deforis, intrinsecus autẽ inunges collyrio [d] thermantico & acerrimo per plures dies, donec recipiat sanitatem. Si nihil ex hac ratione profecerit, venas superiores in temporibus supra ipsum locum qui sustinet passionem, diligenter perquires [e] & inures, vt humor noxius possit arceri.

De staphylomate oculi. Cap. XIX.

[f] *partes æquate possint ad naturalẽ simil. compleantur, & non deformetur obtuitus*

QVodcunq; iumentum in oculo habuerit staphyloma, incurabile est: talis tamen curatio consueuit adhiberi: De sub oculo sanguinem ei detrahes, & fomentabis calidã cum radicibus fœniculi & rutæ decoctã, inunges etiam collyrio non valdè acri, si vulnus fecerit & deplanauerit, ex succo fœnigræci fomentis, & inunges collyrio leni, quod facit ad tunicas ruptas, donec se cicatrix cum planitie claudat, [&] tunc vteris acriori collyrio per dies plurimos, donec quæcũq; [f] pars æquari possit ad naturæ similitudinẽ, compleaturq; vt nõ deformetur obtutus.]

Ad album de oculo tollendum. Cap. XX.

[g] *circa oculos oculis inijciendo. Nam eius virtute consumetur albugo*

SI casu aliquo animal oculum impegerit, aut confricauerit, vel ex percussura læserit & album induxerit, etiam si totus oculus præclusus sit, tamen experimentis hac ratione probatum est cito posse curari. Hederã colliges terrestrẽ, & in pila mundissima contundes, succum exprimes, ex hoc animal inunges: [g] potestate medicaminis

caminis quãuis desperata, consumitur albugo. Sed si terrestrem hederam non inueneris siue baccas hederæ, siue folia contundes, & succum exprimes, & ex eo[a] succo inunges. Si hoc quoq; difficile videbitur, aut morosum, paululum aquæ frigidæ cum folijs hederæ diutissimè contundes, succum exprimes, &[b] per siphonem] ei in oculum defundis. Quod cum per dies plurimos tam mane quàm ad vesperam feceris, album omne tolletur. Sed si vinum miseris optimum[c] & recens efficacius curata sanat.

[a] oleo oculos

[b] M. S. non ha

[c] pro aqua, efficacius est

De suffusione curanda per nares. Cap. XXI.

ALiqui authores dixerunt, si dexter oculus suffusionem susceperit, vel albũ incurrerit, dexteram partem naris, si sinister sinistram diligenter inspiciet: [&] in ipsa callositate[d] narium foramina subtilissima inueniet, quibus tenuis inserenda est fistula, per quam ille qui curare debet os plenum vino insufflet, vt merum per foramen illud penetret. Quo facto oculus incipiet lachrymare. Velocius autem proficiet. quia per interiores venas meri virtus ad oculum penetrat.

[d] varia

De diuersis passionibus oculorum. Cap. XXII.

IVmentum in[e] oculo in osse] percussum, si[f] tumorem fecerit durum, callosum, & ossillagini similem, hac ratione est curandũ: Deiecto animali cõtra causam ipsam cutem aperito, & ossis cisorio gingiuulam, vel cartilaginem, vel os quod ex se excrescere cœperit, cædito, vt deplanes ad similitudinem partis alterius. Si aptè deplanaueris, aceto & oleo, linteolis vel licinio addito, locum ipsum comples, & fasciabis. tertia die solues: & similiter cura bis per dies. V. donec feruor desinat, post traumatico vteris. Catastolico quoq; medicamento li-

[e] oculi ossi

[f] in ipso oculo creuerit os, cartilago, vel simile. sic curato. Eiecto animali in terram cõtrahe palpebram, & cũ ferro congruo incide superfluitatẽ illam, ita quòd similiter sano, & imple locum de puluillis infusis in oleo & aceto nõ soluendo nisi tertia die, & sic fac vsq; ad diem quintum, donec feruor recedat, postea vtere tragmantico corrosiuo, aut medicamento labia cutis consumis, quamdiu limpidum vulnus æquetur.

vide pag. 176. 499.

braturam cutis consumis, quamdiu lympidum vulnus curetur & adæquetur. Quo si ipsum os concarnari non potuerit tam diu cotidie[a] eradicato donec[b] sanguinet atq; cōcarnet,] ita vt medicamenta cōgruentia vulneri imponas. Quòd si post sanitatem causa eadem [c] crescere cœperit, [d] punctis cauterio[e] subtiliter vrito. Oculorum epiphora infra oculū detractus sanguis emendat, si vsq; ad sanitatē melle optimo inungatur assiduè. Præterea prodest eidē passioni: myrrhę pondus denarij vnius, crocodili stercoris semiunciam, salis[e] armoniaci semiunciam sepię ossium semunciā, mellis[f] attici cyathos ij: ex quibus omnibus tunsis atq; permixtis oculum perunges. Magnæ lippitudini adhibet tale remediū: Myrrhæ troglo ditis vnciā [g] j. thuris masculi, croci siculi,[h] limpidis cipriæ, æris vsti ana vncias ij.[i] teres simul, consparges & cernes, aquæ celestis, & falerni vini, mellis attici adijcies quantū sufficit,] in vase vitreo condes, & cum necesse fuerit vteris. Si casu ciliū ruperit,[k] fistulam dabis & mannā] thuris cum ouo impones. Discutit cicatricem oculorū eiusmodi compositio:[l] Spicæ nardi vnciam semis, salis armoniaci vncias iij. catimię vnciā semis, croci vnciam j. piperis semiunciā in puluerē conuertes & vteris. Albi vitia deterget ista curatio: Sepiæ marinę ossis rasi ℈ decē, croci ℈ duos, salis armoniaci scrupulos ij. myrrhæ, crocodili stercoris scrupulos duos. Item, albū siue glaucomata emendat: vini amenij veteris sextarij tres, gariofili sextarius, mellis vnciæ tres, quibus omnib. decoctis vteris. Album tollit] si ex humore vel percussura euenerit: Sandaricę uncię ij. ossis sepiæ combusti vnciæ iiij. piperis albi semiuncia, salis armoniaci vnciæ ij. cum [m] melle permixtis. Cicatricibus oculorū medetur ieiuna saliua, si cū sale mandatur in ore, & expuatur in oculum. Sal quoq; tritū cum osse sepiæ, & [n] sinapis agrestis seminę. Collyriū nardinū: opopanacis scrupulos ij. viola

[a] eradito
[b] incarnari cœperit
[c] excrescere
[d] punctim
[e] M. s. non habet
[f] albi
[g] semis
[h] lapidis calcis
[i] tere et in corpora cū aqua pluuiali, vino sale nitro & melle Attico.
[k] fistulis farinā
[l] M. S. legit: croci salis ammoniaci ana vn. ij. Myrrhæ ℈ ij. Catiniæ vnc. v. stercoris crocodili ℈ ij. Itē album sine glaucomata emēdat vini aminai sextarij iij. Cariophyllorū vnc. semis Mellis vnc. iij. quibus simul decoctis tere, albuginē tollit
[m] mellis vnc. ij.
[n] sem. napij

læ vncias ij. spicæ nardi, cassiæ, marrubij ana semiunciã, croci siculi vnciam semis [ʒ viij.] olei semiunciã & scrupulos iiij, piperis albi[a] vncias sex, gummi scrupulos v. Itẽ alia confectio collyrij: Aeruginem æris & salem optimũ æquis ponderibus & aceti quantum sufficit misces. Necessaria compositio: rutę scrupulos iiij. thuris masculi, stercoris columbini, murium, olei, croci, mellis, catimię, olei rosati ana scrupulos iiij. diligenter trita miscebis & vteris.[b] Si verò oculus ictu vulneris insanabilis redditur, & (vt Mulomedici dicunt) canchremata fecerit, ne periculum mortis incurrat, erui pollinem cum oleo roseo & ouo simul immittito. Cum purgatum vulnus fuerit, cum melle attico inungito. Sunt & alia multa collyria, quæ quia eandẽ vim, easdemq; species continent, enumerare superfluum duximus.]

[a] *scrupulos*

Hæc in M. S. desiderantur.

De strumis iumentorum. Cap. XXIII.

PLærunq; strumæ, vel parotides, aut scrophulæ iumentorum guttur infestant, & faucium tumorem producunt. Nam & [c]subrecto sunt capite, & tanquã ab strangulia præfocantur. Hoc primum fomentis calidis, & cataplasmate ex polline hordeaceo & resinæ vncijs tribus mero valido coctis, curari expedit: & cum collectio fuerit maturata, scalpello secari opus est, & quicquid collectum fuerit emittere, & aceto, & sale, & oleo [d] infusos lemniscos subijcere: cæteris quoq; diebus [e]traumatico, & medicamẽtis aptis solerter curare [f] si vulnus pateat, dum sanetur. Nam in his locis ex præclusione cito solet fistula fieri: quæ si euenerit, vt suprà demonstratum est, papyro & collyrio poterit persanari.

[b] *tumore producuntur*
[c] *subiecto*
[d] *lauare*
[e] *tragmantico*
[f] *vt*

De glandulis. Cap. XXIIII.

GLandulæ quoq; animalibus, & præcipue pullis, vsq; ad periculum interdũ molestę sunt, & in morbum

bis ei bibere. Auferantur stercora quæ in ano [a] eius sunt, per quatriduum continuato clystere, curabitur [b] vēter, vngetur cerebrū, secreto]collocabitur loco, accipiet[c] in substantiā [*intuba*]porros,[d] & herbā mollissimam] aut mollissimū fœnum. His potionibus percurandum: pulueris thuris [e] drachmam j. aceti albi sextarium j. radicis panacis vnciam j. herbæ saxifragæ vncias [f] iij. ex aqua mulsa per os dabis. [g] Lactis caprini sextarium vnum defundis in fauces, quod si defuerit, ciminum rusticum pondo duo in puluerem rediges, additoq; olei optimi vno ebulo, ex aqua mulsa diffūdis ad cornu.] Sed cæteris potio hæc aptior creditur: apij vnciam j. iusquiami vnciam j. seminis [h] apij vnciam j. seminis lactucæ vncias ij. papaueris syluestri vnciam. quæ omnia in puluerem redacta commisces, & vnū cochlearium magnum ex aqua dabis, vel si cibum non accipit, [i] ex succo ptisanæ] obscuro & frigido: [k] & laxiore] loco statues, silentiumq; præbebis vt dormiat. prius tamen oleo ac pice liquida caput perunges, auresq; complebis, tempora etiā munies [l] cerebellare vel]fascijs, [m] mirtam quoq; aridam conteres, & aceto oleoq; miscebis, corpusq; eius totum diutissimè confricabis. Solent constringi [*diligenter*]& obrui stercore vt sudēt & [n] dormiant. Quibus si somnus venerit, afferet sanitatem. Rabiosum verò iumentū eadem omnia, & maiora ostendit quàm insanum. Nam & alia animalia comedit, & facit [o] ipsa contagione rabiosa. Plerunque [p] etiam morsibus intestina sua extrahunt & [q] ineunt fortiter. Quæ valetudo ex nimiâ sanguinis abundantiâ & ardore contingit. Curatur autem obseruatione & potione superius declaratis.

De Chirurgia. Cap. XIII.

Chhirurgia appellatur [r] quodcunque secatur ferro, vel cauterijs vritur. quæ [s] cùm sit omnibus

membris

Marginal notes:

[a] *ipsius*
[b] *purgetur vēter et cerebrū, & obscuro*
[c] *ad*
[d] *in herba, &*
[e] *libram j.*
[f] *duas*
[g] *M.s. non habet*
[h] *anisi*
[i] *succum ptisanæ dabis*
[k] *M.s. nō habet*
[l] *M.s. nō habet*
[m] *myrrham*
[n] *obdormiant*
[o] *ipso cōtactu*
[p] *enim*
[q] *hinniunt*
[r] *quandò*
[s] *om. memb. animaliū, tum precipuè cap.*

membris animalium, præcipuè tamen capitis] necessaria est medicina. Quodcunque igitur iumentum in qualibet parte fregerit caput vel nudauerit casu, sollicitè curandum, ne indignatio vulneris in neruos cerebrumq; penetrando periculum generet: nec in primo medicamentis vti acrioribus cõuenit, sed magis [a] melle curare, cùm ad maturitatem venerint illa quæ fracta fuerant, [b] ossa laxantur, tenta [c] solerter, & mobili manu vel [d] forficibus eximito. Reliqua fragmenta ossis, quæ asperata sunt ferramentis [e] cædito atque] perradito, vt carnem facilius inducant. Nunquam enim clauditur vulnus si non raseris, donec sanguis per os ipsius respondeat. In quo maior est adhibenda cautela, quia solet in locis [f] ossuosis & comissuralibus fistula fieri. [g] quæ cùm] euenerit, [h] parumper iniuria afficit vulnus, per quod non sanies, sed humor liquidus emanat] nec vnquam [i] deducta cicatrice solidatur. Quod si euenerit, hac ratione curabis. Papyrum per ipsam fistulam [k] traijcies, ita vt capita papyri, [l] quæ extra fistulam eminent, ex vtraque parte alligas lino ne cadat, & diebus v. vel] pluribus, donec callositas fistulæ [m] papyri distentione turgescat, & maius] vulneris foramẽ fiat. Tunc [*autem*] ad mensuram vulneris ex fistulari medicamento collyrium [n] faciens] exempto papyro [o] intra fistulã inijcies, vt impleatur ex integro, [p] planè ne excidat munies diligẽter. Post dies quatuor aut quinq; [q] soluis. si fistula ceciderit, traumatico curabis, quod vulneri semper immittes, donec spissa sanies, & non multa in eo loco reperiatur. Cùm autẽ iam lympidum videris collyrium, fac pollinem [r] herbi, & thus masculum tritum æquis ponderibus cũ melle decoquito, & plagæ ipsi imponito, per dies plurimos quotidie curato ita, vt deprimas ipsas partes vulneris, quatinus iunctæ citius [s] cohærescant. Si] grauiter offenderit caput, vt cerebrum vexet

[a] *molliter*
[b] *M. s. non habet*
[c] *solenniter*
[d] *forpicibus*
[e] *cõpetentibus*
[f] *saxosis*
[g] *quod*
[h] *paruũ et incurabile efficit vulnus, quod non saniẽ, sed humorẽ liquidum emittit*
[i] *ducta*
[k] *inducis*
[l] *extra orificia ex vtraq; parte alliges, ne cadat, & tribus*
[m] *tergere papyrũ faciat, et nullum*
[n] *facies, &*
[o] *M. s. nõ habet*
[p] *&*
[q] *ita quòd caro infecta cadat*
[r] *erui*
[s] *crescat. Sed si*

ervi

intrinsecùs, continuò de temporibus sanguinem eidem oportet auferri, & spongiam [a] aqua, si æstas fuerit] oleo roseo, & aceto æqua parte commixto capiti eius imponi, fasciaq; connecti, & cibos virides præberi. si nec ipsos appetit, quia omnem cibum recusat, fabam moles & conuertes in [b] pollinem, farinam quoq; triticeam pariter admisces, & cum mulsa per cornu ad substantiam animali tam diu faucibus eius infundes, donec cibos virides appetat, quos aqua marina vel salsa oportet aspergi.

[a] M. s. nõ habet

[b] puluerem

[c] *De auribus.* Cap. XIIII.

[c] De tumore aurium

[d] M. s. nõ habet

A[d] Vurium vt vicinitate proxima, ita periculi non discrepans cura est. Quæ si casu aliquo fuerit à radice contusa, & collectionem fecerit, eam cùm maturauerit, scalpello secato, & pus sinito fluere. tum linis aceto acerrimo & oleo per triduum, quarta die traumatico curato, donec sanetur. Etiam si cartilaginem vexauerit, eiusdem medicinæ obseruatione proficiet.] Si verò à radice auriculæ, vel commissura capitis tumor magnus cum duricia extabit, ex fœnigræci & lini semine & tritici polline cataplasma imponito, [e] maturatam collectionem scalpello secato, ita vt inferius plaga spectet] quatinus humor per prona decurrat. Vino, oleo, & sale mixto [f] infusos lemniscos inducis] & vulnus per quatriduum fouebis, pòst traumatico vteris, [g] sed difficilis cura est] [h] quia fistulæ in talibus locis frequenter oriuntur. quæ si euénerint, suprascripta curatione curantur. Si tamen ægritudo vulneris vlterius etiam post medicamenta procedat, vicinæ vrendæ sunt, partes & [i] cauterio in ipsis collectionibus infigenda sunt [k] puncta vehementius, vt [l] & cutis & causa perrumpatur] interior. Pòst [m] solerter vsta curanda [n] sunt. Non enim aurium est negligenda curatio] ne ex dolore

[e] M. S. non habet

[f] infunde

[g] non

[h] tamen

[i] cauteria

[k] benè

[l] cutis et caro rumpatur

[m] solenniter

[n] non est, aurium neglecta curatione

lore nimio generetur insania. Primùm purganda est auris diligenter intrinsecùs, vt auferatur quod dolorem mouet, aut lædit. Si nihil [a] inuenitur, spongiam nitro & aqua molliter infundes & [b] dilues, vnamq; noctem intra auriculam infusam spongiam manere patiens.] Die tertio nitro & aquâ calidâ fouere incipies frequenter & diu, donec dolor recedat. Quòd si aqua fuerit ingressa, oleum vetus & acetum æquis ponderibus adiecto nitro in aurem mittito, & succidam lanam superimponito. Si vulnera fuerint [c] lyparem auribus inseres & [d] curasti.

[a] *inueneris*
[b] *sic infusam vna nocte int. aurem manere patieris.*
[c] *Lipparia*
[d] *curabis*

De pilis qui nascuntur in oculis. Cap. XV.

QVodcunq; iumentum in oculis [e] tritiacem patietur, id est, vt pili aliam palpebram [f] vrentes lachrymas moueant, visumq; cõturbent, hac ratione curatur. Nõ longe à pilis ab interiori parte scalpello plagam [g] dabis in [h] cute palpebræ, post [i] forpicibus per longum ad mensuram oculi fasciolam præcides, & impositis fibulis consues palpebram foris versùs, vt oculus sine deformitate recipiat visum & gratiam naturalem. Tunc verò optimo oleo, necnon etiam [k] muria infusam spongiam superpones, & oculum fasciabis. Post [l] die quinto soluis, tunc intrinsecus oculum collyrio curabis. deforis verò tetrapharmacum impones, non prius fibulas ablaturus quàm [m] duxerit cicatricem. Nihilominus & cadentibus fibulis, collyrÿ cura non deerit, ne caro rursus superflua excrescat. Sed plæriq; adhibent cum deformitate compendium, vt [n] partem quæ prominet ad mensuram naturæ [o] forpicibus amputent, [p] pússca quæ frigida sunt propter fluxum sanguinis foueant, oculum collyrio intrinsecùs curent, ne indignationis necessitate lædatur.

[e] *tyriacem*
[f] *vertentes*
[g] *facies*
[h] *palpebra*
[i] *forficibus*
[k] *aqua marina*
[l] *diem quintum*
[m] *induxerit*
[n] *pars*
[o] *forficibus*
[p] *& pusca frigida*

De suffusione oculorum. Cap. XVI.

SVffusio sicut hominum, ita iumentorum impedit visum, cuius tria genera ab authoribus indicantur:

Stenochoriasis, plotochoriasis, hypochoriasis, græcè papula nominatur. Stenochoriasis dicitur, cum constringitur visus & vires amittit. Quæ hac ratiõe curanda est, [a]vt sanguis de temporibus auferatur: radicem quoq; fœniculi, & herbam celidoniam, uel rutã decoques ad tertias, & cotidie ex ipsa aqua quantùm manus patitur, [calida] oculus foueatur. Inunges etiam collyrio [b]opobalsamo, quod suffusionibus prodesse cõsueuit, aduersus infestantes pilos. Tertia cura est, vt leui tenuiq; cauterio genę quę procreuerit inuratur. Quo facto, ducta cicatrice [c]cõteritur pellis, & palpebra [d]alterius eleuata à [e]pupilla cursu pilorũ arcet iniuriã. Platochoriasis aũt est, cum se vltra naturalem modum pupilla diffundit, & eripit visum, nec curari vllatenus potest. Nam sicut oui vitellus casu aliquo [f]disruptus in priorẽ formã [g]coire nõ potest, ita semel pupilla diffusa recipere nõ potest [h]vsum videndi. Quod euenit [i]equorũ sudore, dum membranula quæ continet lumen, [k]indignatione caloris disrumpitur: vel certè sollicitudo lõgi itineris ad indignationẽ iumenta compellit, aut læsum oculũ dominus curare neglexerit. Quod cum accidit, oculus videtur incolumis, nullius lachrymis, nullo sanguine, nulla indignatione prodit iniuriam, sed [l]visus tantùm declaratur indicio, quod in pupilla ipsius imaginem tuam tanquam in speculo videre non potes. Hypochoriasis autem à capitis humore descendit, & in vno oculo [m]sese primo ostendit, postea etiã ad alterum transit. Intelligitur autem humore vel lachrymis. Continuò sanguinem ei de supercilio, vel de ipsâ parte temporum detrahes, fomentabis ex tepidâ aquâ, in quâ radices fœniculi decoctæ fuerint cum rutâ. Præterea inunges collyrio [n]opopanato & opobalsamato. Quòd si institeris medicinæ, per lachrymarũ cursum [o]cõsueuit sæpius caligo sanari. Temporales quoq; venæ cauterijs inuruntur, [p]& meatum humoris [p]excludunt.

[a] Si visus caligat
[b] opobalsamato
[c] contrahitur
[d] altius
[e] pupilla visu
[f] disiectus
[g] redire
[h] visum
[i] in equorum furore
[k] indignationis calore
[l] vno
[m] speculum
[n] opponacato
[o] vt
[p] excludant

De paracenthesi in oculis. Cap. XVII.

QVòd si vis passionis intulerit [a]çicatricem, diligenter attende quo colore sit membrana, quæ[b] apposita pupillæ[c] impedit uisum. Si[d] auroso colore fuerit, insanabilem scias. Si candida nimium, etiam noueris non posse curare ipsam. Si verò spissa fuerit colore[e] oleagino muco similis, per paracenthesim ad hominum similitudinem, cum fuerit maturata curatur. Iumentum igitur pridie[f] temperabis à cibo, vel potu maximè prohibebis, in loco molli[g] elides, caputq; eius & ceruicem aptè collocabis, ita patentē oculum facies, vt claudere non possit. deinde ab ipsa fronte paracentheriū inter tunicas oculares subijcito, ne pupillā tangas, aut aliquid lędas interius, sed ipsum albū de superiori parte vbi[h] hypochisis posita est,[i] capitello paracentherij deorsum deprimis ad palpebram inferiorem subtiliter. Quod si depositū fuerit, non prius paracentherium eximas, nisi clausum oculum penicello calido diutissimè vaporaueris. solet enim resilire. Quod si ita euenerit, reprimito, donec ita componatur, vt resilire nō possit. Cum itaq; intellexeris claritatem pupillæ sine vllo obstaculo[k] hypochisis, tunc eximes ferrum, & inuenies animal videre. curabis sic. Ex oleo roseo & oui albo anacollima facies, lanam infundes, & super oculum[l] curatum] impones, ac desuper fasciabis. Caueto ne ipsâ die manducet, & moueat oculum agitatione maxillæ, sed tamen si voluerit, bibat. Alterâ die soluis & calidâ fomentabis diutissimè. deinde fœnigræci succum in oculo infundis, & rursum anacollima supradictum similiter imponis, fasciabisq;. Quod cum per triduum, aut quatriduum feceris, oculum solues, & fœnigræci succo fomentabis, [&] ex melle optimo[m] Attico unges, donec cicatrix se confirmet & oculus.

[a] cæcitatem
[b] opposita
[c] operit
[e] aurei
[d] oleaginco
[f] separabis
[g] deijcies
[h] hypocisma
[i] caput
[k] hypocisma
[l] M.S. Non habet
[m] antiquo

De oculo lunatico. Cap. XVIII.

[a] ducat ita quòd impedit visum, quẽ morbum lunaticũ
[b] temporis
[c] verò
[d] tragmantico
[e] & ibi adures

EST & aliud vitium eiusmodi, vt interdum oculo album [a] inducat, interdum lympidet: & quâ passione lunaticum oculum] veteres nominauere. Cuius ista curatio est, vt de ipsâ parte [b] temporũ detrahatur sanguis, interpositis diebus sub oculo, nihilominus sanguinem oportet minui. Cotidie [c] quoq; calido fomento oculum curabis deforis, intrinsecus autẽ inunges collyrio [d] thermantico & acerrimo per plures dies, donec recipiat sanitatem. Si nihil ex hac ratione profecerit, venas superiores in temporibus supra ipsum locum qui sustinet passionem, diligenter perquires [e] & inures, vt humor noxius possit arceri.

De staphylomate oculi. Cap. XIX.

[f] partes æquate possint ad naturalẽ simil. compleantur, & non deformetur obtuitus

QVodcunq; iumentum in oculo habuerit staphyloma, incurabile est: talis tamen curatio consueuit adhiberi: De sub oculo sanguinem ei detrahes, & fomentabis calidâ cum radicibus fœniculi & rutæ decoctâ, inunges etiam collyrio non valdè acri, si vulnus fecerit & deplanauerit, ex succo fœnigræci fomentis, & inunges collyrio leni, quod facit ad tunicas ruptas, donec se cicatrix cum planitie claudat, [&] tunc vteris acriori collyrio per dies plurimos, donec quæcũq; [f] pars æquari possit ad naturæ similitudinẽ, compleaturq; vt nõ deformetur obtutus.]

Ad album de oculo tollendum. Cap. XX.

[g] circa oculos oculis iniicien do. Nam eius virtute consumetur albugo

SI casu aliquo animal oculum impegerit, aut confricauerit, vel ex percussura læserit & album induxerit, etiam si totus oculus præclusus sit, tamen experimentis hac ratione probatum est cito posse curari. Hederã colliges terrestrẽ, & in pila mundissima contundes, succum exprimes, ex hoc animal inunges: [g] potestate medicaminis

caminis quãuis desperata, consumitur albugo. Sed si terrestrem hederam non inueneris siue baccas hederæ, siue folia contundes, & succum exprimes, & ex eo[a] succo inunges. Si hoc quoq; difficile videbitur, aut morosum, paululum aquæ frigidæ cum folijs hederæ diutissimè contundes, succum exprimes, &[b] per siphonem] ei in oculum defundis. Quod cum per dies plurimos tam mane quàm ad vesperam feceris, album omne tolletur. Sed si vinum miseris optimum[c] & recens efficacius curata sanat.

[a] oleo oculos

[b] M. S. non ha

[c] pro aqua, efficacius est

De suffusione curanda per nares. Cap. XXI.

ALiqui authores dixerunt, si dexter oculus suffusionem susceperit, vel albũ incurrerit, dexteram partem naris, si sinister sinistram diligenter inspiciet: [&] in ipsa callositate[d] narium foramina subtilissima inueniet, quibus tenuis inserenda est fistula, per quam ille qui curare debet os plenum vino insufflet, vt merum per foramen illud penetret. Quo facto oculus incipiet lachrymare. Velocius autem proficiet. quia per interiores venas meri virtus ad oculum penetrat.

[d] varia

De diuersis paßionibus oculorum. Cap. XXII.

IVmentum in[e] oculo in osse] percussum, si [f] tumorem fecerit durum, callosum, & ossillagini similem, hac ratione est curandũ: Deiecto animali cõtra causam ipsam cutem aperito, & ossis cisorio gingiuulam, vel cartilaginem, vel os quod ex se excrescere cœperit, cædito, vt deplanes ad similitudinem partis alterius. Si aptè deplanaueris, aceto & oleo, linteolis vel licinio addito, locum ipsum comples, & fasciabis. tertia die solues: & similiter cura bis per dies. V. donec feruor desinat, post traumatico vteris. Catastolico quoq; medicamento li-

[e] oculi ossi

[f] in ipso oculo creuerit os, cartilago, vel simile. sic curato. Eiecto animali in terram cõtrahe palpebram, & cũ ferro congruo incide superfluitatẽ illam, ita quòd similiter sano, & imple locum de puluillis infusis in oleo & aceto nõ soluendo nisi tertia die, & sic fac vsq; ad diem quintum, donec feruor recedat, postea vtere tragmantico corrosiuo, aut medicamento labia cutis consumis, quamdiu limpidum vulnus æquetur.

vide pag. 176. 199.

braturam cutis consumis, quamdiu lympidum vulnus curetur & adæquetur. Quo si ipsum os concarnari non potuerit tam diu cotidie[a] eradicato donec[b] sanguinet atq; cõcarnet,] ita vt medicamenta cõgruentia vulneri imponas. Quòd si post sanitatem causa eadem [c] crescere cœperit,[d] punctis cauterio subtiliter vrito. Oculorum epiphora infra oculũ detractus sanguis emendat, si vsq; ad sanitatẽ melle optimo inungatur assiduè. Præterea prodest eidẽ passioni: myrrhę pondus denarij vnius, crocodili stercoris semiunciam, salis[e] armoniaci semiunci m sepię ossium semiunciã, mellis[f] attici cyathos ij: ex quibus omnibus tunsis atq; permixtis oculum perunges. Magnæ lippitudini adhibet̃ tale remediũ: Myrrhæ troglodytis vnciã [g] j. thuris masculi, croci siculi,[h] limpidis cipriæ, æris vsti ana vncias ij.[i] teres simul, conspar ges & cernes, aquæ celestis, & falerni vini, mellis attici adijcies quantũ sufficit,] in vase vitreo condes, & cum necesse fuerit vteris. Si casu ciliũ ruperit,[k] fistulam dabis & mannã] thuris cum ouo impones. Discutit cicatricem oculorũ eiusmodi compositio:[l] Spicæ nardi vnciam semis, salis armoniaci vncias iij. catimię vnciã semis, croci vnciam j. piperis semiunciã in puluerẽ conuertes & vteris. Albi vitia deterget ista curatio: Sepiæ marinę ossis rasi ℈ decẽ, croci ℈ duos, salis armoniaci scrupulos ij. myrrhæ, crocodili stercoris scrupulos duos. Item, albũ siue glaucomata emendat: vini amenij veteris sextarij tres, gariofili sextarius, mellis vnciæ tres, quibus omnib. decoctis vteris. Album tollit] si ex humore vel percussura euenerit: Sandaricę uncię ij. ossis sepiæ combusti vnciæ iiij. piperis albi semiuncia, salis armoniaci vnciæ ij. cum [m] melle permixtis. Cicatricibus oculorũ medetur ieiuna saliua, si cũ sale mandatur in ore, & expuatur in oculum. Sal quoq; tritũ cum osse sepiæ, & [n] sinapis agrestis seminę. Collyriũ nardinũ: opopanacis scrupulos ij. viola

Marginal notes:
[a] eradito
[b] incarnari cœperit
[c] excrescere
[d] punctim
[e] M. s. non habet
[f] albi
[g] semis
[h] lapidis calcis
[i] tere et in corpora cũ aqua pluuiali, vino sale nitro & melle Attico.
[k] fistulis farinã
[l] M. S. legit: croci salis ammoniaci ana vn. ij. Myrrhæ ℈ ij. Catiniæ vnc. v. stercoris crocodili ℈ ij. Itẽ albũ sine glaucomata emẽdat vini aminai sextarij iij. Cariophyllorũ vnc. semis Mellis sinc. iij. quibus simul decoctis tere, albuginẽ tollit
[m] mellis vnc. ij.
[n] sem. napij

læ vncias ij, spicæ nardi, cassiæ, marrubij ana semiunciā, croci siculi vnciam semis [ə viij.] olei semiunciā & scrupulos iiij, piperis albi[a] vncias sex, gummi scrupulos v. Itē alia confectio collyrij: Aeruginem æris & salem optimū æquis ponderibus & aceti quantum sufficit misces. Necessaria compositio: rutę scrupulos iiij. thuris masculi, stercoris columbini, murium, olei, croci, mellis, catimię, olei rosati ana scrupulos iiij. diligenter trita miscebis & vteris.[b] Si verò oculus ictu vulneris insanabilis redditur, & (vt Mulomedici dicunt) canchremata fecerit, ne periculum mortis incurrat, erui pollinem cum oleo roseo & ouo simul immittito. Cum purgatum vulnus fuerit, cum melle attico inungito. Sunt & alia multa collyria, quæ quia eandē vim, easdemq; species continent, enumerare superfluum duximus.]

[a] *scrupulos*

Hæc in M. S. desiderantur.

De strumis iumentorum. *Cap. XXIII.*

PLærunq; strumæ, vel parotides, aut scrophulæ iumentorum guttur infestant, & faucium tumorem producunt.[b] Nam & [c] subrecto sunt capite, & tanquā ab stranguria præfocantur. Hoc primum fomentis calidis, & cataplasmate ex polline hordeaceo & resinæ vncijs tribus mero valido coctis, curari expedit: & cum collectio fuerit maturata, scalpello secari opus est, & quicquid collectum fuerit emittere, & aceto, & sale, & oleo [d] infusos lemniscos subijcere: cæteris quoq; diebus [e] traumatico, & medicamētis aptis solerter curare [f] si vulnus pateat, dum sanetur. Nam in his locis ex præclusione cito solet fistula fieri: quæ si euenerit, vt suprà demonstratum est, papyro & collyrio poterit persanari.

[b] *tumore producuntur*
[c] *subiecto*
[d] *lauare*
[e] *tragmantico*
[f] *vt*

De glandulis. *Cap. XXIIII.*

GLandulæ quoq; animalibus, & præcipue pullis, vsq; ad periculum interdū molestę sunt, & in morbum

[a] & aliquando recte

transeunt [a] aliquando, quæ inter] maxillas inferioresq; fauces nascuntur, & ad similitudinem pillularũ maiores, aliæ verò minores connexæ ex carne obdurescunt, & tumorẽ sine doloribus faciũt. Quæ inter initia perunctæ oleo, [&] picula perfricari solent, vehemẽtiusq; manibus corrumpi, & ita velut vanescendo sanari. Quòd si excreuerint amplius, deiecto animali, ita vt per mediũ secentur scalpello subtiliter cũ radicibus eximuntur, ne aliqua vena tangatur. Quo facto aceto & oleo cũ sale, medicamentis superius declaratis sananda sunt vulnera. Pleriq; vrenda dixerunt. Sed si paruæ sint prodest, cæterùm maiores execandæ sunt ferro.

De pullaribus. Cap. XXV.

DVm caput pullorũ calefecerit prima dentitio, inter gingiuas atq; maxillas tumor, collectioq; generatur, quæ pullaria vocantur. Cuius passionis tanta tensura est, vt manducare vix possint. Sed cataplasmatibus studiosissimè maturanda sunt, deinde scalpello aperienda, pòst sale & aceto & oleo curanda. Pleriq; etiam, cum ferro exemptæ fuerint glandulæ, propter sanguinis fluxum loca vri debere præcipiunt, post sale & oleo octo diebus vtuntur, nec non ex nitro & aquâ calidâ dilutũ. Si nitri inopia est, lotio calido aut lixiuio utuntur: deinde vinũ & oleum & farinã de eruo imponunt per triduũ, cõsequenter de vino ac oleo, & farina hordeacea, & melle percurãt. Addentes, quæcunq; plaga fuerit aut strumæ vel parotidis, glanduleq;, tolluntur [b] licio medicamento, [c] vulnera percurari ita, vt de mali granati sicci puluis aspersus, celeriter adferat sanitatem.

[b] lotij
[c] vel natura

De fistula maxillæ, vel de conficiendo collyrio fistulari. Cap. XXVI.

SI ex aliqua huiusmodi curatione iumentũ fistulam in ore fecerit, hac ratione curabitur: papyrum inijcies

cies

vide pag. 73. et 99.

cies in fistulam, vt pars eius in ore extet, quam lino diligenter ligabis ne possit elabi: pars verò foris exeat, quæ nihilominus constringenda est lino ne cadat,[a] triduò permaneat, quarta] die papyrum eximes, Collyriumq; ad longitudinem & cauaturam vulneris ad[b] arctum fistulæ [c] subiicies, & ne fortè labatur, fasciabis locum, ita vt ad manducandum possit maxillas agitare: tertio die solues. Si fistula ceciderit, diebus septem vnguento [d] traumatico curabis. deinde collyrium ex melle & erui polline decoctum subiicies ad plenitudinem foraminis diebus plurimis. Ad vltimum, [e] anapleroticum ipsi vulneri medicamen imponis, donec omnis plaga, ductâ cicatrice solidetur. Fistulare autem collyrium hac ratione conficies: [f] anisi vnciam j. ferulæ vnciam j. æruginis æris vnciam j. battituræ calcetis vnciam j. cimini seminis vnciam j. teres cum aceto acerrimo, & secundum qualitatem vulnerum, cùm vsus exegerit, collyria formabis.]

[a] *alia*
[b] *radicem*
[c] *iniicies*
[d] *tragmantico*
[e] *Apostolicum*
[f] *anisi vnc. trita cum forti aceto misce, & fac collyria p qualitate vulnerũ cùm vsus exegerit.*

De expositione fistulari. Cap. XXVII.

Fistulæ nascuntur, quoties neruus, aut cartilago, aut os negligentiâ vel imperitiâ curantis, ex plagæ alicuius tabido humore viciatur. Tunc enim [g] quæ commeauerit ad instar cuniculi carnem indurat & incallat, & fit fistula, quæ nulla ratione sanari potest, nec aliquando coire, nec solidari, nisi penitùs eximatur. Huius à diuersis authoribus tradita est diuersa curatio. Alij enim scalpello resecari & aperiri iubent, [h] & stringotomio decarnari, medicamentisq; acerrimis consumi, & sic postmodũ vulnus ad cicatricẽ coire. Quod cùm laboris & discriminis habeat plurimum, minus tamen prodest. Alij verò cauterio omnem fistulam inurendam, vicinasq; partes eius punctis feruentibus prærumpendas esse duxerunt, quatinus per ignem cal-

[g] *per quam*
[h] *& cum rasorio*

[a] caustici

lositate submota,[a] astalticis medicamẽtis vulnera procurentur. Sed melius est fistulam, sicut superius declaratum est, papyri iniectione curare. quia neque neruus, neq; vena, neque commissura vexatur. Nam scalpello vel cauterio sæpe fit causa deterior, & periculũ creant. Collyrium verò omnem callositatem fistulæ de alto à radice eius eximit. Quòd si os fuerit vexatum, quòd oportet radi patens vulnus, per medicamenti curã non potest impediri. Si verò in alto tabes aliqua vel neruus aut cartilago remanserit, ex eodem collyrio puluerem facies, & frequenter inijcies. Omnia enim vulnera elympidat atque persanat.

De tumore faucium vel capitis. Cap. XXVIII.

INterdum ad similitudinẽ synanches animalibus fauces & caput interius intumescũt, adeo vt bibere aut manducare non possint. Cuius totum & os, & lingua, aqua calida fomentatur, & taurino felle perlinitur. Potio autẽ datur huiusmodi ad cornu: olei veteris libras ij. vini sextarium j. commisces quoq; [b] nouem caricas cum nouem capitibus porrorum, decoques, & diligentissimè conteres, & in aqua ipsa nitrum alexandrinũ tritum quantùm sufficit misces, & ex his omnibus potionem manè & ad vesperũ heminas singulas dabis, vt tumoris ipsius relaxetur ac mitigetur asperitas. Manducet autem herbam viridem, aut quod melius est, pascatur. Quæ si defuerint, farinam de hordeo facies, cui nitrum admiscebis, & sic apponis. Fœnum quoq; mollissimum eliges: quod nihilominus nitro & aqua consperges: sanguinem non detrahas, nisi fortè de palato, [c] despumes, cùm cœperit conualescere, nitrum tunsum & cribratum, pulueres de radicibus cucumeris asinini syluatici cõmisces, & vini sextariũ, cochlearia pulueris ipsius iunge, vt huius potionis vi resoluto ventre purgetur.

[b] octo

[c] despumet

getur. [a] Alij authores tumorem capitis ac linguæ vel faucium, etiamsi obdurauerit, ita festinantes propter periculum curare nituntur: lapides molares plures igne succēdunt, cùm candere cœperint, caput equi cooperiunt, & vas plenum lotio sub ore & naribus supponunt, & per vices singulos candentes lapides in lotium immittunt, vt ille vapor ac fumus à calore lapidum cōcitatus, os equi & nares impleat, & fuste transuersum, vt apertum os habeat, debet accipere. Quod cùm diutissimè feceris, aquam marinam calefacito, vel certè salem in aqua dulci miscebis, fouendoq; dissoluis, addito aceto acerrimo, caput eius & os & gingiuas diutissimè confricabis. Postea fimum bubulinum cum acri aceto miscebis, & tepefacies, ex quo caput totum frōtemq; & labia perstringes. tunc farinā hordeaceam cum aquâ tepidâ sufficienter pro cibo dabis & potu.]

[a] M.s. non habet

Si ex pletora sanguinis fauces tument. Cap. XXIX.

QVod si ex sanguine tumor ille indignationis euenerit, ita intelliges, si venis tensis [b] obturabitur [c] halitus, & oculi sanguinei apparebunt, cui de temporibus si non tumebunt, aut certè de palato si ibi indignatio non erit, sanguinem oportet auferri. [d] cretam cimoliam duabus partibus & tertiam partem cretæ nigræ, ex vino austero temperabis, & dum calet, illinis caput.]

[b] præobturabitur
[c] aditus vel auditus
[d] M.s non habet

[e] *De intomatis. i.] de Tuberibus. Cap. XXX*

SCiendum est autem tubera in corporibus iumentis freqüenter excrescere. quæ Græci [f] intomata vocant. Horum variæ qualitates & diuersa sunt nomina. [g] Stechatoma est tuber quod in se adipē [h] vel pinguedinē continet. [i] Melicæris est tuber in quo caro inspissata, quo modo in verrucis inuenitur. [k] Aneutrisma est tuber

[e] M.s. non habet
[f] ontomata
[g] staphiloma
[h] velut pingue
[i] Melicaleps
[k] Aneuesma

in quo sanguis conspiratus vberis venæ similis inuenitur. Ateroma est tuber in quo [a] farinosa congeries reperitur. Ganglion est tuber, fit ex duplicatione nerui, similis tubero cum dolore immobili. Horum omnium vna est curatio. Iumentum colligatum deponitur, [b] contra locum [c] causæ sagitta aut scalpello in longum dextra ac sinistra pro mensura tumoris aperitur, ita vt media fasciola cutis, quæ supra tuberum est, intacta permaneat. [d] Post egestis vel euersis omnibus quæ tumorem mouerant, medicamentis competentibus, ea quæ suprà declarata sunt, producitur ad cicatricem.]

[a] farciminosa congeries

[b] circa

[c] aut

[d] M.s. non habet.

De lingua incisa. Cap. XXXI.

SI iumento lingua fuerit incisa, statim cum fibulis consuito, deinde vino lauato, post gallam tundito & puluerem cernito, ex eo imponis donec sanetur: cui dabis fœnum mollissimum concisum, & pro hordeo furfures. [e] Alij postquam fibulas acceperint linguáque vino fuerit elota, mel imponendum esse duxerunt, vt plagam purget & curet. Ad vltimum ex malo granato puluerem iniecerunt.]

[e] M.s. non habet

De gingiuis & dentibus. Cap. XXXII.

SI iumento [f] loculamenta dentium, id est, gingiuæ vel dẽtes doluerint, his agnoscitur signis: hordeum solidum glutiet, macescit, saliuarum plurimum effundit, gingiuæ intumescunt. Cretam cimoliam cum aceto acerrimo macerato, & calentem extrinsecùs maxillis inducito, ne minus quinque diebus: gingiuas autem interius cum puluere corticis maligranati, & melle tertia die diutissimè confricato, donec egesta sanie conualescat. Quod euenit, cùm humor acrior ex capite, in maxillarum defluxerit venas.

[f] loca

De ossefracto. Cap. XXXIII.

QVòd si animal iuxta collum vel molares, vel alio oris loco os fregerit, vt morsum claudere nõ possit, & apertis dentibus horreat propendentibus labris, continuò calida fomentabis, & labrum & quæ sunt disrupta compones, fasciola tenuissima aceto & oleo madefacta [&] diligenter vnam partem, deinde alteram compingis ad locum, & similiter fasciato, ne iterũm dissipetur: Cui & * corbem constrictam oportet imponi, ne deprauet dentes & labia. [a] Cùm solueris ad curandum, manu quæ antè composueris, contineto, furfurem & farinam hordei mixta in cophino ad manducandum dabis, ita vt quamdiu mãducat, manus tua à loco quem continet, non recedat. Cùm iam manducare noluerit, offerto ei aquam vt bibat. Cùm biberit curato similiter, vt suprà scriptum est. cui & succum ptisanæ [*per nares*] conuenit dari, si minus fortasse manducauerit. Quem tali obseruatione per dies quadraginta curatum restitues sanitati.

* *crumenã, vel curcumam*
[a] *& cùm*

De cartilagine narium si sanguis fluat. Cap. XXXIIII.

IVmento narium cartilago si corrupta sit, & sanguis reprimi non possit, spongiam [b] Afram & thuris masculi pollinem commixtum impone ad locum qui læsus est, & si vulnus factum fuerit in cartilagine, hac ratione curato. Interdum animal despumatum remissus semel de palato sanguis non potest reprimi, propter quam necessitatem, sicut suprascriptum est, in loco in quo sagitta [c] ruptum est palatum, spongiam imponis, caputq; eius sursum constringe, & aqua frigida renes, cerebrumq; testiculosq; perfundis. Quæ res si tardius subuenit [d] acatiam nigram & thuris pollinem æ-

[b] *vstam*
[c] *tactum*
[d] *aciam*

quis ponderibus ex aceto acerrimo temperabis, totumq; caput illinies, donec sanguis ipsa constrictione claudatur.

De palato, si vena[a] *se non clauserit.*] *Cap. XXXV.*

[a] *incisa claudi non possit*

MAturè periculum creat cùm incisa vena claudi nõ potest in palato, sed continuò [b] sanguinis profluuiũ inhibetur, si aut] candenti cauterio fuerit meatus ille combustus, & suspensum altius caput. Cùm per nares sanguis defluit, nec potest aliter retineri, coriandrum viridem sufficienter tundes, succumq; eius expressum, substricto equo, naribus infundes, frigore naturali venas protinus claudit: chartam etiam & lanam combures, ipsumq; puluerem per fistulam insufflabis naribus.

[b] *profluit sanguis: prohibetur autem si*

De genere & qualitate mucorum qui per nares fluunt. Cap. XXXVI.

MVcorum etiam qualitates, qui per nares effluunt, conuenit nosse, ex quibus genus passionis ostenditur, & causa cognita facilius curari potest. Mucus lympidus cotidianus est, & nisi [c] minus fuerit, non debet esse suspectus. Crassus autem & cãdidus à cerebro defluit, & admonet ad medelam capitis festinandum. Rubens, tenuis, frigidus, veteris [d] perstrictionis prodit iniuriam. Propter quod [e] thermanticis potionibus calefieri animal oportet. Cœruleus, id est fuscus, [f] leuis ab interioribus venit, qui indicat febrem. & ideo conueniens [g] leptiperisis, id est piretran] adhibenda curatio est. Crassus autem, spumosus & pallidus, à pulmonibus nascitur, qui [h] suspiriosos ostendit:] quibus difficile, nisi festinatum fuerit, subuenitur. Fabaceus verò à glandulis serpit, quę celeriter aut eximendæ sunt, aut ferro curandæ, ne conuertantur in morbum.

[c] *nimius*

[d] *perstrictio*

[e] *tragmanticis*

[f] *lenis*

[g] *liptomeris*

[h] *suspitiosus ostenditur*

De cy-

De [a] cyferino, id est cùm post cursum sanguis de naribus fluit. Cap. XXXVII.

[a] cuferino

SAEpe sine ictu vulneris animalibus per nares sanguis fluit. quod vitium [b] cyferion vocant, quod præcipuè contingit, si equus vltra vires agatur ad cursum. [c] Omni corpore] oleo & aceto perungendum est animal, ac loco tepido statuendum, cooperiendum etiam diligenter, dandaq; opera vt molliter cubet, nec ad deambulandum cogatur, sed cibo diligentius [d] reparetur. tunc [e] erucæ vnciam j. cum lacte conteres & per cornu naribus infundes. Quòd si [f] eruda defuerit, aristologiæ [g] vnciam j. croci [h] semiunciam cum vino dulci conterito, & [i] deijcito per nares. Similiter coriandri viridis succum exprimes & naribus infundes.

[b] cuferion

[c] Vndè

[d] temperetur

[e] rutæ

[f] ruta

[g] vnciā mediā

[h] vnciā vnam

[i] inijce

De polypo. Cap. XXXVIII.

SI polypus oritur in naribus, præcluso spiramine strāgulabitur, stertet, humidi profluent muci, [k] pericula passionis plurima, hæc medicina subuenit.] Si propè polypus fuerit, acutissimo execabitur ferramento. [l] Curandum his rebus] quibus circuncisa sanantur. Si verò altius fuerit, cauterium plumbeum quadratum facies, ex quo calefacto polypum frequenter inures, & sic polypum sanas.

[k] periculosa paßio est si hæc medicina non subuenit

[l] Et cura his diebus

De siderato. Cap. XXXIX.

IVmentum si fuerit sideratum, his agnoscitur signis: Labia eius & maxillæ nec non etiam nares eius deprauantur in parte, ita vt vix cibaria dentibus [m] inlidat. Quæ etiam humoribus plena reperies, & cùm voluerit bibere, os vsq; ad nares demerget in aquam: quia infirma sunt labia, quibus [n] haustus attrahitur: [*vnde*] aceto & sale lingua eius & labia diutissimè perfricantur,

[m] colligat

[n] angustus spiritus

donec sanguis emanat. Tertia die causticum crudum in illa parte labij imponis, qua sentit iniuriam, cum cautela, vt prius alliges linguam, ne medicamenti violentia noceat. Cum medicamento labia [a] perusta videris] aqua lauabis, deinde aceto & oleo fouebis, sicut alia vulnera, & hac ratione curabitur. Si verò maxillam sideratam habuerit & tortam, hæc est cura: De temporibus partis ipsius sanguinem detrahis, fimum bubulum acerrimo aceto permiscebis, & diutissimè decoques, & parti temporum ex qua sanguinem extraxeris, calidum induces sæpius, vt [b] exiccetur & curet. [c] hac vsus potione: Trixaginem, hyssopum syluaticum, origanum, serpillum, aristologiam, mannam croci pro æquis ponderibus contundito atque cribrato, ex quo puluere plenum cochleare cũ aqua mulsa, oleo & vino per narem sinistrã ad vnam heminam quotidie oportet infundi.]

a *deusta perunxeris*

b *exiccet*

c *M.s, non habet.*

De obseruatione flebotomi [& ceruicum curatione] *Cap. XL.*

CONuenit de ceruicis curatione dicturo, obseruationem indicare flebotomi: quia circa loca frequenter operatur. Detracturus sanguinem animal à cibo abstinebis & potu, æquali loco [*solùm*] constitues: [d] tunc locum supra ceruicem alius teneat & adstringat ad normam, vt vena facilius appareat. Deinde supra laqueum de sinistræ manus pollice venam deprimas, ne ludat, tum sagitta tangas. Duæ autem venæ à capite summo descendunt, & conueniunt se sub maxillis vsque ad gulam, inde à geminis venis inferius quatuor digitis, ferramentum deprimis, ne in gulam mittas, & bifurcum tangas, & iumentum occidas. Statim sagittam duobus digitis tenebis, nec plus ferri imprimas, quàm extra digitos eminebat. Nihilominus etiam mediano digito manum tuam moderando

d *Hæc in M.s. desiderantur.*

rando suspende, vt sit leuior, ne vehementius imprimas quàm oportet. quia nō plus debet quàm mucro descendere. Si parum aptè proffluat sanguis, iumento fœnum dabis, aut aliquid quod manducet. Agitatione maxillarum plus sanguinis vena profluet.]

De ceruicibus. Cap. XLI.

SI iumentum ceruicem eiecerit, aut laxauerit, aut certe vertibulas eiecerit, vel extorserit, hac ratione curabitur: Deponito iumentum [in terram] atq; constringito, & ceruicē eius extendito supra fossam, donec omnia vertibula laxentur. Post oleum vetus & axungiam veterem tunsam colatamq; permisces, & cum calefacto eodem vnguento ceruicem diligenter infundis, [a] in locum reponis, & fasciam tenuem & amplam ex oleo tepido & vino madefactam alligabis ad corpus. Lanas quoq; succidas ex oleo & vino infusas supra conuertes, post regulas oleaginijs non minus quatuor digitis, ita vt tantum spacij sit inter regulas alligatas & connexas, & lino constringes. Et si æstas fuerit quater in die suffundis: si hyēs, bis. Cum modum fecerit, regulas solues. hoc die quinquagesimo & primo, post vnctionibus vteris, donec ad sanitatem perducas. Si tardius confirmabit vires regulatim & solenniter vsta curabis.]

[a] & superpone stupā infusam oleo tepido & vino ligādo optimè, vel etiā lanam succidā quæ melior est, & superpone ascellas quatuor digitis latis lino obuolutas, & liga decenter, & si æstas fuerit quater in die suffundes.

De [b] malandria, id est, de vulneribus ceruicis. Cap. XLII.

SI [c] iumento malandria de ceruice] auferre volueris, ita facies: Candentia prius cauteria præparabis, deinde ferramento decarnabis, sic, ne neruos tangas, & venulas quascunq; videris emittere sanguinem, aduris, vt possit cruoris fluxus inhiberi. [d] Caue autem ne cauterijs plus aduras, & indignatione neruorū periculū facias.] Post axungia veteri ceruicē perfricabis, & fascia munies.

[b] Malandra

[c] malandria de iumenti ceruice

[d] M.S. non habet

[a] ablato feruore

[b] M.S. non habet

Sequenti quoq; die cataplasma imponere incipies,[a] ablataq; ferunta lotio calido fouebis, deinde aceto & oleo dilues,& medicamentis aptis curabis. Si [b] iam videris cicatricem pilos renouare,puluerem ex canino capite combusto,& adipem suillum recentem permisces, & inducis:ex quo medicamento & sanitas consequitur,& pilorum redit ornatus.

De distillatione ceruicis. Cap. XLIII.

[c] armos fit

[d] in

[e] subtus

[f] diaresim

[g] M. S. non habet

SI ceruix distillatione patiatur, tumidior videbitur quàm oportet. fœtorem habebit canceraticum cum humore nigro & liquido. Cuius foramina scrutaberis diligenter,ne vlterius inter neruos aut[c] armorsimum distillationẽ fecerit.] Quod si accidit, pauca hinc difficulter euadunt. nam his signis discrimen ostenditur: stridet[d] de pectore,& per nares humorem liquidum proijcit. hac ratione curabis. Foramina desuper marrubio, & sale pariter contuso implebis, atq; calcabis,[e] subter aũt cataplasmate apposito laxabis. Et si loci cõditio patietur,[f] dieresim dabis,vt foras per plagam humor emanet. tertio quoq; die calida vrina lauabis.[g] deinde traumatico & pannis lineis lympida & purata iam vulnera sanare incipies. Cuius compositio talis est:erui pollinis sextarium,iris illyricæ vncias ij. thuris masculi vncias ij. miscebis, & facies cephalicum medicamentum, quo veteris ad consumptionem medelæ.]

De dissolutione scapularum. Cap. XLIIII.

[h] accipiunt

[i] collectionis egeratur

[k] In foraminibus autem tragmaticum linteolo sicco calcabis

QVòd si iumento scapulæ fuerint dissolutæ diligenter inspicias,ne quas inter neruos & commissuras pendigines faciat:quod si inueneris,quacunq; parte plagas [h] accipere poterit, cataplasmatibus mollire,& scalpello vel cauterio aperire curabis,vt sanies illa[i] atq; collectio defluat.] [k] Foraminibus autem traumaticum &

linteola

linteola sicca dabis.] Si quod inter neruos foramen factum fuerit cautissimè curato, ne vlterius aut ferrũ aut cauterium procedat, neq; [a] putorem neq; putredinem lauis, sed magis siccis omnibus curare festina. [b] Nam omnis humor distillationi præstat augmentum. Quum incisa vel vsta duxerint cicatricem, pro confirmatione in vltimo causticũ imponitur.

[a] tumorem

[b] M.S. non habet

De armis læsis. Cap. XLV.

SI [c] armus læsus erit] in medio cruce [d] vtraq; soluetur venæ, & puluerem thuris cum eo qui profluxit sanguine copiosissimè immisto armi lineantur. Quod si plus profluat quàm necesse sit, stercus ipsius iumenti fluentibus imponitur venis & fascijs alligatur. Postero quoq; die quasi apoferesis fit, & ex eisdem locis sanguis detrahitur, [e] atq; similis in omnibus cura procedit. Ab hordeo abstinebitur, fœno sustentabitur exiguo per triduum. deinde [succi] porri tres cyathos olei heminã miscebis, & per cornu faucibus infundes. [f] Post sextũ diem lente ingredi cogatur, & cum ambulauerit, mittatur in piscinam vel flumen aut mare vt natet, cum spartia & pannis vincto pede, postea firmioribus cibis ad saginã pristinam reuocandus. Si leuiter dolebit, vino & oleo tepefacto perfricetur in sole: si validius dolebit, ventum in armum mittito, atq; pertundito à summa iuba infra digitos octo, ne cartilaginem tangas. Et cùm inflaueris, ferula vel virga molli armum cædito, sale & oleo perfricato. ipso die postero stracta vteris: cuius hæc erit compositio: simile sextarios duos, si defuerit pollinis triticei sextarios duos, cum aceto acri & cum tribus ouis miscebis: sed ouorum solum album mittes: adijcies etiam pulueris thuris vnciam semis. Quæ omnia manu subigis & in armos inducis, & per dies multos armũ aqua calida cũ flore fœni fouebis diligẽter, vt mollescat,

[c] armos læserit

[d] vtriusq;

[e] M.S. non habet

[f] M.S. non habet

ſtractam quotidie imponito, de vino puro armum lauato, Additurus] vnguentum: baccas lauri ſelibram, olei ſextarium, nitri vncias iij. ſed nitrum & baccas lauri in puluerem rediges, & cribrabis. Ex quo in ſole, cum calida armus fomentatus fuerit, inungatur ex tepido, & diutiſſimè confricetur.[a] Poſt ſyncriſma ad curandos armos inducitur, & cũ melius habuerit natatũ mittito. Quod ſi eiecerit iuxta conſuetudinem ad rotam armum repo nito, & ſupraſcriptis medicamentis curato. Si non ſenſerit, vltimum eſt vt vratur.] Armi doloris hæc ſunt ſigna: pedem priorem[b] tantum quaſi rigidum à foris extrahit. Sed conuenit inſpici diligenter vtrum ex percuſſurâ vel caſu cœperit[c] eam.[d] & ſi ex[e] iectura fuerit, prius locis ſuis reponenda ſunt membra, & ſic reliqua facienda. Quòd ſi ex humore vel ſanguine armi grauabuntur, ſanguinẽ emittis à pectore, vel vnctionibus vteris.

[a] *prius quã ungatur, quotidie de vino puro armum lauato, deinde additur vnguentum*
[b] *tentum*
[c] *cauſa*
[d] *Quòd*
[e] *percuſſura*

De genu emoto vel baſi. *Cap. XLVI.*

GEnu[f] vel baſim ſi ſemouerit ad tormentũ rotæ vel macine] locis ſuis eiecta reſtitues, [&] lanam ſuccidam ex oleo & aceto infuſam imponis, & alligabis ex more, tertio die ſolues fomentabisq́; pòſt reſinam induces & ſpiculam, ad vltimum malagmate uteris aut cauſtico.

[f] *ſi baſim exierit, tad torculare mitte, & ſic*

De fractura articuli, cruris, vel coxæ. *Cap. XLVII.*

IMpulſu axium vel rotarum in circo vel in alijs locis varietate caſuum animalibus crura franguntur, aut coxæ vel articuli, in qua neceſſitate ſi extra cutem[g] fractura oſſis eruperit, hoc eſt, ſi exbercen fecerit, difficilẽ noueris & prope inſanabilem curam. Similis deſperatio eſt, ſi coxã fregerit, aut[h] acrocceria aut ſupra gambã, inſanabilis eſt caſus, quia non recipit ligaturam. Si verò fractura

[g] *fractum os*
[h] *atrocola*

fractura sit sine vulnere in his locis, quæ constringi possunt, hac ratione curabis: Primò fracturã recompones, & fascies, mundis scissilibus infusis ex vino & oleo conligabis, Insuper lanarum munimenta coniunges & regulas circunduces. Iumentũ autem in [a] cauterio vel in scalis, vel in suspenso loco, [b] vt fractura velut leuiter] commeet, cui quotidie mane & ad vesperã suffendes, tertio die solues, & expleta curatione ligabis. Quinto quoq; vij. aut ix. die eadem facies, donec corpus inducat. Post hæc adijcies muscum de [c] vitice, aut salicis radicem, & oua cruda quinq;, verùm non regulis, vt prius, sed circunductis ferulis alligabis. die tertio solues & fomentabis, de resina & axungia perunges: vbi cura profecerit, [d] malagma vel causticum inducis, non ante tamen permittis stare iumentũ, quàm dies quadraginta prætereant. hoc autem tempus est quo diuulsa vel fracta solidantur.]

[a] *canterio*
[b] *ne fractura flebiliter.*
[c] *urtice*
[d] *hoc facies per dies quadraginta, & sic solidatur.*

De [e] phlegmone, marmore, siue mallonibus. *Cap. XLVIII.*

PLerũq; in genibus, vel articulis aut phlegmon oritur, aut [f] marmora, aut [g] mallones. Quæ vitia ex malo humore generantur, & passionem cum deformitate tumoris ostendunt. Sed ista distantia est, quod phlegmon [h] tuber est [i] molle, [k] marmor duriciam ostendit ex nomine mallo inflatus:] Tuber est sine dolore, quibus recẽtibus potest facilius subueniri. [l] Primò lanam succidam ex oleo & aceto induces, contra aquã frigidam & currentem animal cõstitues. Post sine ferro hac ratione curabis: Sinapis & salis Alexandrini ℈ iiij. aceti cyathos ij. axungiæ veteris selibram, simul conteres & induces, post diem tertiũ soluis. Si aperturam fecerit, spongiam cum aceto & lasere imponis, vulnera stiptico curabis. Prætérea locum, quẽ curare volueris, inducto plilotro decaluas. Radicem filicis & eruum & ficus aphros cõtundes

[e] *De tumore superioris genu & tubere & phlegmone & marmoreo.*
[f] *marmoreum*
[g] *mallon*
[h] *tumor*
[i] *mollis*
[k] *marmor ostendit mallon inflatum*
[l] *M.S. non habet*

in pila & induces in panno, per triduum ligatum patieris manere] [a]Alij radicem filicis &[b]eruum cum axungia veteri & aceto acerrimo putant oportere misceri.[c]Item cineris quoq; de foco vncias iij.calcis uiuæ vncias vj.vino subigito ad crassitudinem oximellis, & antequã obdurescant tubercula obline. Quod si assiduè in recenti feceris,passionis molestia siccabitur: Si vetustiora sint, punctis subtiliter inurantur,ne ui & igne vicientur.] Talis compositio spargere phlegmon asseritur.[d]Rhododaphnes vncias iij. bituminis,nitri ana vncias iij.axungię veteris colatæ vncias iij.pleriq; dixerunt cauterio cuprino candẽti duobus punctis debere prerumpi,& phlegmon effundi,licineo quoq; intorto cum axungia,& aceto,& oleo loca, de quibus muscus eiectus fuerit,[e] satiare:per foramina etiam vstionis lemniscũ trahi debere,vt quicquid humoris est,egeratur. Post hæc cataplasma e fœnogræco &[f]vino confectum inducis, [g] cum vsta ceciderint] & tumor resederit,[h] lemniscũ eximis, traumatico curabis, ad vltimum causticũ inducis.] [i]Alij sagitta pertuso corio phlegmon effundunt,& lanam madidã cum aceto & lasare plagis inserunt, sic spongiam cum pusca acri & lasare supra vulnus imponunt:tertia die soluunt, lanã eximunt, & tetrapharmaco curant quinq; diebus vel septem. Si verò marmor ex quo validius claudicet, & vix flectat articulos,inurendus est leuiter.Cui post feruntam malagma, quæ cupressina appellatur, oportet imponi. Ex qua curatione sanitas redditur, & deformitas permanet. Si autem mallon in genibus vel articulis excreuerit,continuo curam adhiberi oportet,ne neglecta passione deformitatem tumor augeat, vel obduratione diuturna conuertatur in marmor.Aperies in pedibus siue genibus dextra ac sinistra vel ferro vel cauterio cuprino, sicut superius declaratũ est, lemniscũ traijcies cum aceto,& sale,& oleo,vt suprà,cataplasma imponis, donec

[a] Tolle
[b] herbam
[c] M S.non habet
[d] Rhododaphnes
[e] sanari
[f] lino
[g] combustio donec ceciderit
[h] linies cùm remoues
[i] M.S. non habet

donec feruor desinat & saniem faciat. Post purgatis vitijs lemniscos eximis, & traumaticū imponis, & ternis diebus interpositis solues, & medicamentum renouabis, donec sanetur.]

[a] *De aquatilibus & ozænis.* Cap. XLIX. [a] *De aquatilio.*

SI aquatilia in articulis vel in gambis fuerint, frigido ferro omnino non sunt tangenda, ne abundantia humoris iumento discrimen importet. Sed vtendum est scarificatione subtili, & detractione sanguinis, post [b] quę lauis validissimis, tam cum aceto quàm cū optimo salę tunso, & oleo, vel axungia, per dies quinq; conliganda sunt loca. Si tardius hæc cura profecerit vtendū est feruentissimo caustico vt faciat vstiones. [c] Alia quoq; ratione sanantur, si fletam qua trictores vtuntur, & salē pro dimidia parte commisceas, lanamq; succidam ex aceto alliges, post diem tertium soluturus. Si aperturam fecerit farinam hordeaceam ex melle coctam cum lini semine & fœnigræco inducis, ad vltimū malagma crudum impones. Præterea atramentum sutorium, gallulas minutas, & alumen æquis ponderibus tunsum cum axungia miscebis, addito puluere mali granati, nitro, & aceto: quæ in commune decocta, vitiū si adiungatur emendat. ficus siccæ cum sinapi contusæ mixto aceto imponuntur. Post diem tertium soluto medicamento, si tardius profecerit, eadem cura renouatur. Cum melius habere cœperit, allicem impone articulis. Alij opoponacem cum farina hordeacea coctum in modum cataplasmati imponunt. Nonnulli fabam fractam in aqua decoquunt, & mixto melle deterunt, & in panno inducentes curant. Ad vltimum malagma cupressinum imponūt. Plures calcem viuā & cineres ex melle & vino cōmiscent, & ozœnis frequ.nter imponunt. Ad vltimū

[b] *lanis calidissimis*

[c] *M.S. non habet*

Allia[?] podum pollr... [handwritten marginal note, partly illegible]

caustico vtuntur. Quo genera curarũ & posterioribus pedibus adhibenda veterum censet auctoritas, vsus inuenit, addito sale & aceto cilicijs ozœnas defricare, donec cruor aut tumor emanet. Quæ obseruatio etiamsi non persanauerit, sequentes tamen adiuuat curas.]

&

De pedibus reumaticis [a] siue ventosis. Cap. L.

INterdum reumatici iumentorum, interdum ventosi sunt pedes: quæ vitia nunquam tangenda sunt ferro, sed exiccanda per malagmas vel causticũ, & aliquando vrenda leuiter per venas vt [b] cauterij meatus, qui humorẽ suscipiunt angustentur, & cõstringantur, vt [*meatus*] pro tempore afferant medicinam. Quia [c] in totum, etiamsi intercisæ & adustæ] sunt venæ, non poterit talis causa sanari.

[b] *cauterijs.*

[c] *si in totum & intensæ & aduersæ.*

De impetiginibus. Cap. LI.

IMpetigines quoq; in articulis vel genibus inter neruos commissuralibus locis aliquando nascuntur, & fit vulnus simile [d] ragadio, & non facile sanatur, nisi stalticis vel stipticis rebus, non sine alligatura, vel interdum adustione curetur. Malagmas quoq; conuenientes oportet imponi.

[d] *ragadio &*

De vligine, id est, dulcedine. Cap. LII.

VLigines etiã in pedibus, cruribus, vnguibusq; vel sub armis aliquando generantur, quas quidã dulcedines vocant, habent similitudinem scabiei. Quæ cum se diffuderint, pedes exulcerant ad similitudinem lepræ; & vrgente prurigine animalia sibi partes illas corrodunt, vel alternis pedibus confricando vulnerant. Quod vitiũ [f] à crudo vel putrido humore cõsueuit generari, & idẽ curatur] detractiõe sanguinis, vnctionibus.

[f] *acritudo humorum cõsueuit generare, ideo curantur.*

bus,& purgationibus ventris, si radix cucumeris syluatici cum nitri puluere misceatur infusa per fauces, humores pessimos purgat.

De podagra iumentorum. Cap. LIII.

POdagra verò nonnunquam solet occupare iumenta, cùm hominum vitium transit in pecudes: cuius passionis hæc sunt signa: nec stare potest nec ambulare, sed si cogatur, claudicat,& sæpe se proijciet, sicut indigesta ex hordeo animalia faciunt, quæ propter dolorem non coquunt cibum, & ideo fit horridum,& corpus eius calebit, venæ etiam extabunt, natura submissa erit, in pedibus stercus hærebit propter nimium eorum calorem, sicut subtritis solet euenire: cui proderit si non sinatur accumbere, sed minutim deambulare & loco sicco; donec sudet multorum manibus confricandum est, vt vehementius sudet, sanguinem ei detrahes à capite à superioribus venis, sed non multum. sequenti die de posterioribus locis detrahes supra talos. tertio de gambis vel de sub ipsis dolorum locis. Memineris semper parum oportere detrahere. Aquam calidam dabis in potu, in qua adijcies puluerem nitri, & triticeam farinam, [a] pollinem quoque thuris acetabulum plenum in vino maceratum infundis, & triduò per nares singulas cotylas: betas etiam excoques, & aquam earum ad tres cyathos suffundes, & exercebis eum singulis diebus, ventrem quoq; eidem expurgabis vt auferatur humor pessimus, qui descendit in venas. Hoc genus purgationis adhibebis: Thimi acetabulum plenum in vino veteri dulci macerabis, & singulas cotylas per nares eidem infundis, fœnum viride adponis. Quod si defuerit, siccum nitro aspersum dabis. Si nihil profecerit, castretur,& vitio carebit: nam podagra raró vexat eunuchos.

[a] M.s. non habet

De [a] ortocolis siue stillosis. Cap. LIIII.

[a] articulosis

[b] Articulosa

[c] rigidis articulis, et planas

O [b] Rthocola etiam iumenta vel stillosa dicuntur, quæ contractionem neruorum patiuntur in pedibus,& de capitibus vngularum calcant,& sunt [c] rigidi articulis plenas vngulas in terram ponere non possunt. Quod vitium nascitur ex enormitate onerum & labore confragosarum viarū, sed hac ratione curantur: Sanguinem ei de subcirro vel de coronis detrahes, vngulas bene compones, pollinē ex hordeo & resina cum axungia decoques,& [d] ter in]die perunges: tepida quoque in qua verbena decocta fuerit, confouebis,& tota crura acopo perfricabis. [e] Post dies quinq; cataplasmabis eum ex polline hordei & lini semine & fœnigræco æquis partibus ex vino decoctis: cataplasma imponis in omnibus cruribus antè acopo perunctis ab auriculis vsq; ad genua: quæ loca lanis succidis munies & fasciabis,& ter in die paulatim incedere facies. Si hoc non profecerit, malagmam hanc auriculis eius imponis: Armeniaci, galbani, opopanacis, medullę ceruinæ lib. ii. resinæ terbentinæ vncias ii. apocimatis librā, resinæ frixæ libram S. oleum vetus quod sufficiat, lento igne decoques & colabis, impones in alutā per dies plurimos omnibus pedibus, donec sani sunt. Sed necessaria festinatio est, quia sic solēt remanere si tardius cura pręstitut. Alij verò vrendos censent paulatim in articulis, sed rarò etiam prodest ista medicina.]

[d] tantum

[e] M. s. nō habet

librās duas

De pedibus & vngulis. Cap. LV.

[f] contusione

A Nimalium vngulę asperitate ac longitudine itinerum deteruntur & impediunt incessum. Ex [f] tortura quoq; si in aspero vel lapidoso itinere iumenta coguntur ad cursum indignationes oriuntur. Postremò etiam si nulla causa præcesserit, ociosa in stabulis ex collectione

collectione humorum incipiunt claudicare. [a]Oportet autem solum vngulæ celeriter aperiri, vt per inferiores partes apostema digeratur, ne eruptionẽ super coronulas faciãt, & difficilè ac tardius pcedat.] Cuius hęc sunt signa: Pedem priorẽ planum ponet, quòd si suspendere videris gressum, vt diligẽtius intelligas causam, vngulã subradis, & locum quẽ videris nigriorẽ, digito pulsabis, si cesserit in dolore & maturũ fuerit, aperies, & saniem emittis, pendiginem circuncides ad viuum, ex oleo roseo, & aceto & sale cum stercore ipsius linteola imponis, animal [b] calciabis, tertio die soluis, si caro excrescit, gramen decoques cum oleo & impones. Si videris carnem ipsam nigrescere, inspicies ne aliquam fracturam habeat, [c] neq; clauũ aut lapidem acutũ, aut spinam, propter quod fomentis & resina vtaris, vt possit educi. Cũ purum videris vulnus, traumaticũ impone. Post quod adijcies fuliginẽ siccam. Cùm autem compleueris curam, resinam [d] remissam & sulphur imponito. [e] Quòd si adhuc in alto apostema fuerit, hordeum vel fabam in aqua decoques, & exindè fomentabis, vt exindè ad maturitatem possit adduci. Subtritos pedes fomentabis aqua calida, axũgiaq; veteri perunges: deinde testa candenti decoquis, oleo pòst & sulphure pariter contrito lana candente leuiter vres per triduum. Si verò contuderit, sanguinem de corona emittes, & calidã fomentabis, axungiã veteri perunges: ouinum quoque stercus cum aceto permiscebis, & imponis. Quamuis alij caprinum efficacius credant.

a M.s. non habet.
b canciabis
c aut
d tenuißimam
e M.s. non habet.

Si pulmunculum ad aperturam fecerit. Cap. LVI.

SI iumentum ad aperturam pulmunculum fecerit, scias totũ solũ, [f] hoc est assem] hac ratione tollendũ:

f hoc cum

vngulam subradis, deinde inter commissuram calcis & assis in circuitu incidis, subleuabis à parte priore & solum calcis retrouersus expelles, vbicunq; pulmunculus fuerit, radis ad viuum, & adijcies linimentum ex oleo & aceto, & sale, & stercore ipsius, impones & calceas, tertia die solues & tollis. post hoc [a] fomentabis: farinam hordeaceam, resinam, & acetum decoques, per triduum impones: hoc enim medicamento etiam fracturam curabis, si frequēter apponas. pòst etiam [b] traumaticum cum liniamento impone, & cùm corpus fecerit, corium maligranati & bitumen Iudaicum ex aceto decoques & impones triduò, & cùm solueris iterum impone, donec obdurescat in [c] cornu.

[a] ferruminat.

[b] tragmanticũ

[c] corium

[d] desũt in M s.

Si exungulauerit iumentum, [d] *& si suffusionem pedum patiatur.*] *Cap. LVII.*

SI exungulauerit iumentum cura difficilis, sed profutura si nō egebit industria, papyrum candelarum purgatam, subtiliter carpis, intingis in oui crudi albumento, circa nudatum pedem in circuitum pones, panno & fasciolo superligabis, post diem tertium soluis, fomentabis farina frumentacea, resina, aceto & melle pariter decoctis, interdum, [e] lomentum pro farina mittis. Si vulnus non erit purum, vino tepido lauabis, liniamenta cum melle impone: cùm purgauerit traumatico vteris. Cùm autem duxerit cicatricem corium [f] fabæ cum pelle ceruina combures, ex] melle temperabis, addito puluere bituminis Iudaici & maligranati cum aceto: alternis diebus medicamentum renouabis, donec [g] cornu vngulam faciat. Ad vltimum spartam veterem contundes, ex aceto in olla noua decoques, ex quo vngulam obdurescentē obuolues, & ad plenā reuocas sanitatē. Si suffusiones pedes patiantur, ficus siccas cū sale pro æqua parte cōtonde & vngulis impone.

[e] stercus

[f] foue cũ melle quod vino coniungis, &

[g] corium

De pe-

De pedibus attritis siue mollibus. Cap. LVIII.

ANimalibus exiguæ vngulæ crescunt, vel attritæ reparantur, si allij capita vij. rutæ manipulos iij. aluminis tunsi & cribrati vncias vij. axungiæ veteris pondera ij. stercoris asinini plenam manum commisceas ac decoques & vtaris. Prudentius consilium est pedum tueri sanitatem, quàm passionem curare. Corroborantur autem vngulæ, si iumenta mundissimè stercore vel humore stabulentur, & roboreis pontibus consternantur. Articuli quoq; vel suffragines post iter [a] calido foueantur vino.] Naturaliter autem molles vngulæ solidantur, si hederæ seminis duas partes & aluminis rotundi vnam partem pariter contundas, & calciatis pedibus per multos dies inducas. Item subtritis pedibus prodest, picis liquidæ selibram, aceti heminam, salis libram, hederæ folijs quantum sufficit pariter contundis & laboranti quotidie pedes perunges. Mollissimæ vngulæ hoc vno medicamine, quo potentius nihil est, assolent indurari: Lacertum viuum viridem in ollam nouam mittis, adijcies olei veteris libram vnam, aluminis Iudaici selibram, ceræ libram, absynthij tunsi selibram, & decoques cum lacerto: Cùm fuerit resolutum, calentia vniuersa colabis, abiectisque ossibus & purgamentis, liquatum medicamen in ollam remittes, & cùm vngues indurare volueris, vngulam subradis, & factum vnguentum in cannam viridem mittes, adhibitis carbonibus, propè feruēs, per cannam instillas vngulis, prouisurus ne coronam tangas aut [b] ranulas, si his exceptis, in solo & in circuitu solidaturus vngulam confricabis. Memineris autem vngulas excrescendo renouari, & ideo interpositis diebus vel singulis mensibus talis cura non deerit, per quam naturæ emendatur infirmitas.

[a] calida foueatur & vino

[b] ramulas, quæ excrescendo renouantur

De dorso confirmando. Cap. LIX.

ANimalium dorsa vt laboris plurimum sentiũt, ita diligentius sunt [a] curanda. Exceptis enim his, qui deputati sunt circo, reliquum mulorum, equorum, asinorumq; genus sub sellis aut sagmis solo tergo præstat officium. Vnde laudabilior industria est, quę incolumitatem tuetur, quàm quæ cupit læsa [b] curari. Nam diligẽtia defendit à vitio, si centones vel saga primum sufficientia, deinde mollia imponantur, & [c] lota, atque ad tempus diligenter excussa, ne aliquid sordidũ aut asperitatis inhæreat, quod sub pondere [d] inulceret pellem: Tunc sagmarum vel sellarum mensura conueniens, & apta qualitas debet adhiberi. Si enim ista minora fuerint vel maiora, angustiora vel vltra modũ lata, vel quę non cõgruunt, grauiter nocent. Hinc enim collisiones, suppurationes, apostemataq; nascuntur. Cum nimis locis inæqualibus premitur, [e] pondere vel discentes tracturam mercurius] aut spina deteritur. Ipsorum quoque pondere, etiamsi in stratis nulla sit culpa, enormitas nocet. & ideo temperanda est mensura ne inferat vulnus.

[a] seruanda.
[b] curare.
[c] lata.
[d] exulceret.
[e] vel discindẽs. fractus incurrit.

De dorso curando iam læso. Cap. LX.

QVòd si dorsum sedentis iniuria tumere iã cœperit, in recenti statim mallonẽ ceparum, id est. [f] calamos siccos vnde fasces [g] dependent, in quam ferquẽtissimam mittis, & aliquandiu maceratum, calidum super tumorem impones, fascia constringes vel cordiscũ super impones, una quoq; nocte manere patieris absq; suppuratione palpabitur tumor. Quod si caluum fecerit, farinam hordeaceam cum folijs cauliũ contundis pariter & tepidam impones. Cinerem quoque cum oleo miscebis, & inducis quàm diu clauus cadat: cum ceciderit [h] lyppara utere cum minutissimis pannis, vel mel.

[f] calurnos,
[g] rependent.
[h] lyppa.

melle cum linteolis. Cùm vlcus [a] purgauerit, licio percurabis. [a] *purgauerit.*

Si pulmunculus nascitur in dorso animalis. *Cap. LXI.*

SI pulmunculus natus fuerit in dorso, difficile est eũ medicamentorum appositione [*curare vel*] siccari: sed si paruulus fuerit, cautere, & præcipue cuprino aperiendus est, ut sanies, quam colligerat, egeratur: tunc curãdus est sicut moris est usta curari, sed commodius est pulmunculum [b] decussatim ferro secare & eximere, ita vt pellem admodum præcidas, ne cum cicatricem duxerit, inueniatur [c] epidarmus: oleum, acetũ, & salem continuo addis in plagam, & ne nimius sanguis erumpat, stercus ipsius vulneri superponis & colligabis, die [d] tertio folia caulium tunsa cũ oleo & aceto imponuntur per dies quinq;. Cum iam ducere cicatricem cœperit, licio curabitur. vide pag. 63 & 76.

[b] *densatum.*

[c] *epiderideri-nus.*

[d] *postero.*

Si vulnus fecerit. *Cap. LXII.*

SI verò fecerit vulnus, indulgebis otium, vt diligentius [*&*] curetur, & recepta sanitas cõfirmetur indutijs, nec imponendus est labor qui rescindat adhuc teneras cicatrices. Sanatur [e] autem ulcus si gallas syriacas combustas cũ melle super imponas. Pulueres quoque corticum pini & flos calcis uiuæ æquo pondere miscebis, & vulneribus inspergis. Pillulas quoque cypressi tunsas & cribratas, & cortices quercus tritos & in puluerem redactos mittis. Præterea ossa sepiarum & testas etiam ostriarum in puluerem rediges, & ærei quoq; vasis fuliginem pariter miscebis, quæ bene tunsa si frequẽter asperseris, siccatum vulnus ducet celerius cicatricem.

[e] *omne.*

Vt pili renascantur. Cap. LXIII.

QVòd si pili tardius crescunt, viuam testudinem supra sarmenta combures, & cineres eius in nouum cacabum mittes, additis vncijs iij. aluminis crudi, medullæ ceruinæ quod sufficit, & vino infuso decoques, & diebus plurimis impones, reuocare pilos creditur. Puluis de fabis combustis, vel de lupinis crudis, vel de folijs fici combustis [a] seuo commixtus superponitur assiduè. Quòd si nullâ præcedente causâ decidunt pili, spicæ nardi, vuas passas pariter tundes, & ex aceto decoques, calidumque medicamentum glabro corpori impones.

tribus

[a] si vino

De denigrandis pilis albis. Cap. LXIIII.

SI album pilum nigrescere cupias, atramenti [b] sutoricij scrupulos vij. odolaphinis succum scrupulos iiij. sepi caprini quod sufficit pariter temperabis & vteris.

[b] veteris drachmam j. rhododaphnis succi drachmas iij.

Vt pili nigri albescant. LXV.

SI ediuersò albos pilos facere volueris, cucumeris syluestris radicum libram vnam, nitri [c] scrupulos duodecim, in pulueres coges, heminam mellis adijcies, quibus permixtis vteris.

[c] drachmas

Si vermes animal [illegible] cap. LXVI.
Si vulnus in dorso &c. pag. 119.

FINIS LIBRI SECVNDI.

IN TER-

IN TERTIVM ARTIS VETERINARIAE VEGETII librum, Prologus.

MVlomedicina [a] *me commentarios ordinante, ciuium, atq; amicorum frequens querela, accepti operis continuationem suspendit, deflentiũ ægritudines, mortesq;* [b] *clamosissimas boum, cum magnopere peterent publicandum, si quid pro salute tam commodorum animalium scriptum reperiretur in libris. Cedens itaq; familiarium honestissima voluntati, ex diuersis authoribus enucleata collegi, pedestriq; sermone in libellum contuli. Cuius erit præcipua felicitas si eum* [c] *nec scholasticus fastidiat, & bubulcus intelligat.* [d] *Maximo autem incitamento mihi fuit ipsorum boum vtilitas & gratia, sine quibus nec terra excoli, nec humanũ genus sustentari vllatenus poterunt. Cuncta igitur legumina siue frumenta bobus merito aratrisq; debentur: vinearum ipsarum vsus periret, nisi eorum adminiculis subuehendis carpenta sudarent. Quid de diuersorum onerum comparatione referamus, dum inter mobilia & quicquid grauius est, absq; vehiculis penè reddatur immobile? Reliqua quoq; animalia, ipsaq; cohortales aues ex eorum capiunt labore substantiam. Vnde enim equis hordeũ, vnde cibum canibus, vnde porcis pabulum dominorum solertia ministraret, ni pararentur boum labore frumenta? Et ne longum faciam, bobus debent alimẽta quicquid ali potest. Apud alios genus mulorum, apud alios camelorum, apud paucos elephantorum licet exiguus vsus est, nulla potest natio esse sine bobus. Postremò vt ad prouidentissimorum virorum scripta redeamus, quorum firmatur auctoritas, iusticiam iumentorum cæde violenta relictis terris ad syderum remeasse consortẽ. Quid potest laudabilius reperiri quàm vt nomen æquissimum, boum fugaretur interitu? quod dum homicidia fierent*

[a] cõmentarios ordinanti

[b] damnosissimas bouũ, pro magno opere supplicantium

[c] scholasticus nec

[d] M.S. non habet

per quatuor capita, desumpta [illegible] ad pastum omnia esse, [illegible] ex libro sexto Columellæ, a capite quarto illius libri usque ad vicesimum, confessus tamen [illegible] apud Columellam legi.

permanebat in terris] Duplicem igitur sollicitudinē oportet impendi, vt sanitas incorrupta maneat, & ægritudo quæ ex casu vel negligentia siue labore cōtracta est, competentis medicina curetur ratione.

VEGETII RENATI ARTIS VETERINARIAE

Liber tertius.

DE OBSERVANDA BOVM sanitate. Cap. I.

M.S. hic caput primum incipit, cuius inscriptio hæc est, Vt longæui & sani sint boues.] CAPVT . I.

VT longæui & sani sint boues Bubulcū conuenit[a] prouidere vel dominū, quatinus frigoribus[b] calidissimo cubili muniantur, & si fieri potest, semper foco vicini sint boues. Quod enim beneficio naturali eiusmodi animalibus semper ignis[c] commodum est, siue quòd inutilis & pestifer humor exudat, siue conceptum ex pastu vel opere frigus expellitur,] siue[d] in flammarū halitu[e] interna curantur. Præsepium oportet extructū esse diligenter, ne quid pabuli inter pedes animaliū pereat. Bouile aūt loco[f] sicco statuendū est, assidueq; mundandū est, ita[g] quòd quotidie pabulū ad edendū inutile substernatur, vt boues siccius & mollius cubent.[h] Parū quotidie fastidiū est cum boues reuocantur ex opere, vt colla eorū ex vino tepido perfundantur, & diutissimè[i] perfricentur. Cūm uerò de via vel pastu redeunt[k] luculentia adhibita, priusquā deducātur ad bouile,] aqua diluendi pedes, ne inhærentes corpori sordes vlcera generent, vel vngulas faciant mollio-

a præuidere
b calidissimum cubile muniatur
c accommodatus atq; vtilis est, vt pestifer humor recedat, & frigus excellatur.
d &
e interiora curentur
f calido
g vt
h Par quoq; studium
i fricentur
k lentulenti, priusquam inducantur in ouile, adhibita

mollioreş, vel certè molestiā manducātibus, vel inquietudinē afferāt dormituris.[a] Sed hyeme omni solertia frigus est prohibendū,[b] velut æstiuis mensibus pura aura quærenda. Per diē igitur[c] sub vmbra, per noctē sub diuo boues stare cōuenit. Nō enim pauciores si æstuauerint, quā si alserint colligūt morbos. Præterea vnū ouū crudum cū hemina salis & sextariū vini per singula capita septimo [die] diffundi percōmodum est. Iuuat etiā alliū tunsum hircino misceas seuo, herbam quoq; verbenam additā deteras, rutam herbam,[d] etiā pollinē[e] iniungas, & cum vino per os digeras. Cauendū præcipuè est ne aut cursu nimio, aut longo itinere fatigentur,[f] vel vllis grauioribus certè oneribus affligantur] nimiā enim lassitudinem sequitur ægritudo, & omne animal[g] est debile si rumpit. Aquā quidē istius generis animal nō requirit nitidissimā, nec vsq; adeo læserit si sordidā biberit,[h] Sed tamen bubulci[i] diligētius est prçcurare vt mundā semper & optimā bibant. Maximè aūt studendū est vt cōpetentibus[k] redundantibusq; saturi semper habeantur & pingues. Omnis enim ægritudo exordium sumit ex macie. [l] Exhaustū animal celerius labor frangit, æstus vexat, frigus penetrat. Non solū enim æstiuis mensibus pascuū sufficit,[m] vbi frondes diuersi generis addant,[n] & minuat varietas ipsa fastidiū.] Hyeme [aūt] nō tantū paleis, sed fœno quoq; & hordeo, & sępius eruo saginandi sunt boues. Nullus aūt vberiores ciborū repudiabit expensas, qui considerare voluerit boum per inopiam pereuntiū quàm cariora sunt precia.[o] Aduersum boum morbos non minor adhibenda est diligentia quàm equorum.

De morbis boum, & primo de malleo. *Cap.* *II.*

NAm equinū genus morbus, qui appellatur malleus, diuerso genere passionū[p] emigrans per plures contagiones cōsumit, boues quoq; idē morbus[q] interficit, sed à diuersis diuerso nomine vocatur, quē plerūq;

[a] Sicut
[b] ita
[c] in
[d] erui
[e] teras
[f] vel grauioribus fat.
[g] incipit
[h] Est
[i] diligentißimè
[k] cibarijs saturatos semper habeant
[l] vacuū igitur
[m] nisi
[n] M.S. non habet
[o] Sequēs caput ibi M.s. incipit Cōtra morbos boū nō minus adhibenda est diligentia, quā equorum.
[p] migrando
[q] consueuit interficere

vulgus appellat *Zachanũ*. Hic morbus boue si quando tentauerit, istis agnoscitur signis: erit pilo horridus & tristis, stupentibus oculis, ceruice deiecta, saliuis assiduè per os fluentibus, incessus pigrior, spina rigidior, fastidiũ maximum, [a] pauca ruminatio. Cui si inter initia subuenire tentaueris, discrimen euadet: si per negligentiam adhibeatur tardior cura, vetustioris morbi nõ potest superari pernicies roborata. [*Potio contra omnes morbos boum & equorum*] Inter exordia igitur tedianti boui aduersus omnes morbos potio ista succurrerit: [b] tres semis uncias squillæ minutatim concisas, præterea radices teneræ [c] popinum effossas & diligenter lotas contondes in pila, & tria ex hijs pondera addito sextario salis in vini septem sextarios mittes, & per septem dies per os bobus singulos sextarios digeres. Quòd si toto anno aduersus omnes ægritudines desperatas boues [d] stagnare volueris, incipiente vere, id est, ab idibus Februarij, quindecim diebus cõtinuis, hanc potionẽ dabis omnibus diebus, quę vsq; adeo salutaris est, vt approbatũ sit integro anno boues sic curatos nullius morbi cõtagione tentari. Talis etiã cõpositio & morbis resistit, & vires animaliũ firmat: folij [e] caprinis, folij mirti syluestris ana vncias iij. folijs cipressi [f] ana vncias tres] diligentissimè deteres infundes in congiũ aquæ, & vna nocte sub diuo manere patieris, & [g] inde vnoquoq; boui tepefacto] per triduum singulos sextarios dabis: quæ potio ad stagnanda animalia quater in anno facienda est vltimis temporibus veris, æstatis, autumni, & hyemis. Morbos ægritudinesq; depellit: tres vncias baccarum lauri, gentianæ, aristologiæ longę, myrrhæ, [*enulæ*] betonicę diligentissimè detere, & misce cũ mero, ex quo trinas heminas triduo iugiter iumẽto per os dabis. Spicę quoq; allij tritę, cum vino quoq; per nares infusę purgant capita iumentorũ. oua cruda cum melle iumentorũ faucibus inseruntur,

atq;

[a] parua
[b] tres
[c] populi
[d] præseruare
[e] capparis
[f] vncias sex
[g] ieiuno boui tepefactum

Expedit tamē salem pabulis misceri, Marrubium quoq; tritum m ane cum oleo vinoq; diffundere, thuris puluerem cum mero siue per nares inieceris, siue per os dederis prodest. Nec minores medicinę bobus[a] horum copia subministrantur. Nam porros, rutam, apium, & herbam sauinæ siquis largè deterat, & misceat vino, ternasq; heminas præbeat ad potandum ægrotantibus subuenit. Plurimiq; caulem vitis albæ concisam atq; serpillum & squillæ partem in aqua macerāt, ternasq; heminas per triduum digerunt, quę potio ventrē purgat, vires quoq; confirmat. Ad interna autē curanda præcipue amurca creditur salutaris, si tantundē aquæ misceas, & animal bibere consuescat. Sed quia licet sitiat, potum fastidiat ignotum, primo cibi asperguntur, deinde aqua exigua potio medicatur, ad vltimū pro mēsurā miscetur, & usq; ad saturitatem sitientibus datur. Quocunq; autem tempore, sed maximè ęstate, si boues cōcitentur ad cursum, aut aluus eorum ad pernitiem soluitur, aut febriculæ commouentur. Natura enim pigrum, & labori potius quàm velocitati accommodum, vehementer læditur si ad opus cogatur insuetum. Periculosum quoq; est, si ad præsepia sues aut gallinæ peruenerint. Nam bos cū gallinæ fimū inter pabula sumpserit, statim nimio ventris dolore torquet, inflatusq; [*ipsa hora*] moritur:[b] cui hac ratione succurri conuenit: Apij seminis vncias iij. cimini[c] sextarium semis, & duas lib. mellis commisces, & tepidum per os infundes, ac tam diu ambulare compellis, & confricas manibus plurimorum, donec ventrem potio moueat. Gisni quoq; cum vino deterere, & per os dare creditur salutare remedium: Lixiuiū quoq; ex arbore vlmi, vel cuiuscunq; generis ligni cinerē, dummodo bene[d] coctū, cū oleo miscebis, & liquidū ac tepidū diffundere per fauces, aduersus stercus[e] plurimū prodest. Si aūt porcinū stercus bos deuorauerit, statim pestilentiā

[a] *horti*

[b] *si statim hac ratione nō succurris*

[c] *sextarios sex*

[d] *cribratum sit*

[e] *plurimum*

[a] illinc

[b] pascuo

contagionis [a] solius mallei sustinet morbi. Qui cum semel in gregem vel armentorum vel domitorũ incesserit iumentorum, statim omnia animalia quæ leuem suspitionem [*languoris*] habuerunt, de [b] possessione tollenda sunt, & distribuenda illis locis, vbi nullum pecus pascitur, vt nec sibi inuicẽ, nec aliis noceant: nam pascendo herbas inficiunt, bibendo fontes, stabula & præsepia: quãuis sani boues, odore morbidorũ afflante depereũt. Vsq; eo etiã mortua cadauera vltra fines villę proiicienda sunt, & altissimè obruenda sunt sub terris, ne forte ipsorũ corporũ interna sanorũ contingantur & pereant. Vno quidẽ vocabulo pestilentia appellatur, sed habet plurimas species, [diuersas] quas enumerare non licet. [restringere] facilius ipsa principia à diligentibus intelligi possint. Est itaq; Humidus, [humor], quoties per os & nares humor effluit bobus, & fastidiũ ægritudoq; cõsequitur. Est Siccus quoties nullus humor apparet, sed animal quotidie macescit & fit deterius, nec iuxta cõsuetudinem appetit cibos. Est Articularis quoties interdũ de prioribus, interdũ posterioribus pedibus claudicant boues, cum habeant vngulas sanas. Est & Subrenalis, quotiens à posterioribus debilitas [d] appareat, & quia] lumbi dolere creduntur. Est Farciminosus quotiens per totum corpus bobus tubercula exeunt, aperiunt se, & quasi sanantur, & iterum in aliis locis exeunt. Est & Subtercutaneus, quoties humor pessimus in diuersis partibus corporis [*per coriũ*] bobus erumpit & decurrit. Est [e] Elephantiasis, quoties velut scabies minutæ [f] cicatrices exeunt extra coriũ, &] ad similitudinẽ lenticulæ. Est [g] Mania quæ refectis bobus eripit sensum, vt nec audiãt more solito nec videant: ex qua passione celerrimè moriuntur, quãuis hilares pinguesq; videantur. Hi omnes morbi cõtagione sunt pleni, & si vnũ animal apprehenderint, celeriter ad [h] omnia transeunt, & sic interdũ aut integris armentis.

[c] M. S. nouum hoc loco caput ponit

De speciebus pestilentiæ boũ & ipsorum curatione cap.

[d] incipit & quasi

[e] elephantiotes

[f] pustulæ circa nares vel collũ exeunt

[g] & insania

[h] plura

tis, aut omnibus domitis afferunt interitus. Vnde omni studio quæ semel tentata fuerunt segreganda sunt animalia, & ad ea loca mittenda, vbi nullum animal pascatur, ne cõtagione suâ omnibus periculũ[a] generet, & negligentiâ domini (sicut solet à stultis) diuinę imputetur offensæ. Euincendi tamẽ sunt, & exquisitis remedijs expellendi. Quãuis acerbissimi morbi [*varijs expensis curantur.*] [b]Panacẽ supplassarijs cõparas. Eryngion aũt herba dicitur, quæ in littore nascitur prope vndã maris, florem habet quasi aureum vel galbineum, folia eius sunt quasi folia cardui syluestris, inter arenas littorũ largissimè spargitur: has effodies, & in vmbra siccatas seruabis, aduersus morbum tam equorũ quàm boum plurimum prosunt.] Ex quibus potio cõponitur ista: Radicis panacis, itemq; radicis herbæ eryngij ternas vncias, seminis quoq; [c] fœni vncias iij. pariter deteres diligẽter, addisq; farinę triticeæ sextarium, ita vt prius frumentũ frangas & molas: quæ omnia de calidâ feruente cõspergis, & cũ melle vel sapa nouenas offas [d] singulis dieb. digeres. Præterea sanguinẽ marinæ testudinis colliges, & cum vino per os dabis. Quã quia inuenire difficile est, vulgariũ testudinũ prodesse æstimant. Quod vtrũ bene opinantur, vsus viderit. Nam auctores de terrestri testudine [e] tacuerunt. Puluerẽ [*Myrrhæ*] & cassiæ fistulæ, necnon etiam thuris pro æqua parte admisces, ex eo vnã semis vnciã cũ sextario vini veteris in die per nares bouis infundis. Quod medicamentũ per triduum facies. Morbi quoq; quos superius nominauimus amari sunt, & nõ nisi amaris potionibus [f] superant. Nam cõtraria cõtrarijs potionibus curãtur ratione medicinæ. Ideoq; puluerẽ herbæ absynthij & crudorũ lupinorũ, herbæ quoq; centaureæ vel peucedani æquis ponderibus diligenter misces, & in sextario vini veteris trina coclearia singulis diebus, additis vncijs iij. olei, [*singulis bobus*] per os dabis. Præ-

[a] *inferat*

[b] M. s. nõ habet

[c] *fœniculi*

[d] *inde dabis singulis bobus*

[e] *tacuerunt*

[f] *curantur*

a experimenta docuerunt. b M.s. non habet. ac...

sens quoq; remedium [a] experimentauerũt: [b] radiculam herbæ consiliginis (quam alij pulmonariã vocant, alij tantundem radiculam) sinistra manu ante ortum solis collige (quia sic maiorem vim habere creditur) tunc ad acum uel acutum cuprinum pars auriculæ quæ lata est, quasi in circulo signatur, adpremat q; vt rupta cute leuiter sanguis exeat. Quod cum ex vtraq; parte feceris, medium orbiculũ perforas ad acum, & in eodem foramine inseres: quod vbi exierit, omnis pestilentiæ virus per ipsum defluit vulnus, donec ille solus locus, qui desi gnatus est, putrescat & decidat, atq; ita animal liberetur.] Vsci folia cum vino trita defunduntur in nares, [*& sic animal liberatur*] atq; ita singulis bobus, siue vniuersis gregibus cũ morbũ incurrerint, subuenitur. Suffimẽta quoq; plurimũ iuuãt, sulphur, bitumen, alliũ, origanũ, semẽ coriandri, [*æqualiter misce & viuis*] carbonibus insperge, & cooperta boum supra uas, in quo suffimẽta incenderis, diutissimè cõtinebis, vt fumus os eorũ [c] capiat, ac nares impleat, atq; ita ad cerebrũ & interna salutare remediũ penetret. Sed & totũ suffimẽtare percõmodũ est, vt ab eodẽ morbo pernicies expellatur, & cætera pestilentiæ contagio non [d] coinquinet. Generalia igitur remedia aduersus morbos generales cõtagiososq; retulimus nũc aduersus valitudines, quæ singulis animalibus accidunt, nec in alia transeunt, remedia [e] subiungemus.

c caput. d ne. e conscribamus.

[f] *De cruditate.* *Cap.* VII.

f *De paßionibus boum non contagiosis.* g *cõtractiones.* h *calidè.* calide i *vt.*

CRuditas plurimum nocet, cuius hæc sunt signa: crebri ructus, cibi fastidium, sonitus ventris, [g] intensiones neruorum, oculi hebetes: propter quæ nec bos ruminat, neq; linguam detergit vt solet. Prodest itaque [h] vt duos congios [i] vbi bibi possit digerere per fauces. Post quos statim brassicæ triginta caules modicas decoques, & ex aceto dabis, suspensumq; animal

ab alio

ab alio cibo penitus abstinebis. Alij cruditate laborantes, clausos in bouili detinent, nec cibos præbent. [a] Preterea lentisci & oleastri cacuminum pondera 4. deterunt, & cum lib. mellis atq; congio miscent, quæ una nocte sub diuo mittunt, atque ita faucibus digerunt. Deinde interposita hora, macerata infusaq; erui 4. lib. obijciunt, ab alio quoque cibo uel potione prohibentur. Nam si neglecta fuerit cruditas, uentris inflatio intestinorumq; subsequitur, exprimit gemitus, ciboslq; capere non sinit, nec in loca consistere, decumbere & volutare cogit, caudamq; frequenter commouet. De experimento medicina est caudam iuxta clunes resticula uel lino uehementer astringi, viniq; sextarium cũ hemina olei tepidum dare per fauces, atq; ita per mille quingentos passus bouem currentem trahere: si dolor permãserit, ungulas eius secare, & uncta manu per anum fimum extrahere, & rursus agere currentem. Si tardius proficit, tres partes lauri diu cõteruntur, & cum duplici aquæ calidæ dantur. [b] Si ista non valent,] mirtæ foliorum syluestris duæ lib. tunduntur in pilâ, & [c] duæ ex calida aqua miscentur, ac per uas ligneum faucibus infunduntur. Atq; ita sub cauda quatuor digitis ab ano percussa uena sanguis emittatur. Qui cum satis effluxerit papyro ligata cauda restringitur. Post concitatus bos agitur usq; dum anhelet. Ante detractionem tamen sanguinis adhibentur remedia: tribus heminis vini, quatuor vnciæ contriti [d] olei permiscentur, postq; potionem cogetur currere: duæ quoq; vnciæ salis cum decem vncijs ceparum atteruntur: mel quoque decoctum admiscetur, ex quo facta collyria longiora non parum valida immittunt in anum, vt uentrem resoluant: atque ita bos currere cogitur. [Ventris quoque & intestinorum dolor sedatur, si anseres natantes, & maximè anates animal aspexerit. Nam anas mulos, etiam

[a] quibus.

[b] si laurus non adest.

[c] dico Sextarij.

[d] allij.

equinũ genus conſpectu ſui celeriter ſanat. Sed interdum in [a] illa medicina conuenit, ſequiturq; [b] omnium vitium, quorum ſignum eſt, ſi exuentum mutoſumque ventrem ediderit. Singulare remedium eſt [c] cupreſsinę quindecim, verbenę quindecim gallæ diligētiſsimè tritæ quantum vtræq; ponderantur, tanti ponderis vetuſtiſsimus caſeus] quibus pariter detritis admiſcētur vini auſteri ſextarij 4. & in potu dantur, ita vt lentiſco mixtaq; oleaſtri cacumina præbeantur. Si venter cœperit fluere, [d] & videris egere corpus & vires capito plerunq; inutilem reddit, quia ex cibarijs ad medelam bouis nil peruenit, quod ſic videris; per ventrē proijcit, inquam quod mãducauerit. Quæ cum acciderint] prima die à cibo & potu abſtinendum eſt, ita quod nec ſecunda die bibere permittatur, cacumina tamen oleaſtri & cannæ ſylueſtris, itemq; baccæ lentiſci & myrti dãdæ ſunt, nec poſt triduum etiam poteſtas bibendi, niſi perparũ concedenda eſt. Sunt qui ex folijs lauri teneris libram 1. abrotanum hortenſe pari portione deterunt cum aquæ calidę 2. ſextarijs, atq; ita faucibus infundunt, pabulaq; ſæpius præbent. Aliqui vero 2. lib. ex [e] vinaceis ad focũ torrent & conterunt, & cũ ſextario vini auſteris ad bibendum dant, & cũ merata ſæpius cacumina obijciũt. Quòd ſi neq; proluuies ventris erit, neq; inteſtinorum dolor, recuſat tamē cibos, & prægrauato capite erit: lachrymæ quoq; oculis & pituita naribus currit vſq; ad oſſa, frons media vratur, aureſq; ferro diſcindantur, ſed vſturæ igneæ factæ vt ſaneſcãt veteri vrina bouis ipſius confricãdæ ſunt. Aures verò ſciſſæ picula oleoq; curantur. [f] Periculoſum faſtidium bobus ranulæ faciunt, quę aperiendæ ſunt, & allio cum ſale pariter trito ipſa vulnera confricanda, vt omnis humor exeat prouocatus. Melius creditur ſi ad acutam cannam execes ranulam, poſt vino os lauatur. Interpoſito vnius horæ ſpatio virides

[a] nulla.
[b] torminum.
[c] cupreſſi baccas, et Gaubræ ana xv. bene tritas, & tantundē vetuſtiſſimi caſei.
[d] viride quale manducant.
[e] binanceis.
[f] M.S. Nouũ caput incipit. De ranulis oris, cap. IX.

rides herbæ vel frondes dantur. Tam diu autem ſuſtentãtur mollibus cibis, donec facta vulnera cicatrices ducant. Si neq; ranula fuerit, & non appetent cibum, alliũ tritum cum oleo naribus infundes.

De Febre. Cap. IIII.

BOs ſi febrire cœperit (quod ex venarum inquietudine, & calore totius corporis vel oris intelliges) vna die à cibo eſt penitus abſtinendus, ita vt poſtero ieiuno eidem ſub cauda exiguum ſanguinem detrahas, atq; interpoſita hora trigeſima [a] paruos aculeos decoques, & ex oleo ac liquamine per] os digeres, eamque eſcam per dies quinque ieiuno dabis. Præterea cacumina [b] lentis, vel oliuarum, vel tenerrimum quenq; frondem, ac pampinos, ſi eodem tempore ſunt, præbebis in cibo. Labra quoque eius deterges [c] ad ſpongiam & aquam frigidã ter in die offeres ad bibendum, ita ut [d] infra tectum bos febriens teneatur, nec antequam ſanatus eſt dimittatur in paſtum. Febrientis autem iſta ſunt ſigna: lachrymæ profluunt, grauatur caput, oculi ſemiclauſi ſunt, labra ſaliuis madida, longior & cum quodã impedimento tractus ſpiritus, frequenter & gemitus. Tuſsis boum non minus diligenter ſananda eſt quàm equorum: [quæ] ſi recens fuerit, ſextarius farinæ hordeaceæ cum vno ouo crudo & hemina paſsi per os datur ieiuno: gramen quoque conciſum tunſumque admixta farina fabæ frixæ & pollinis lentis [e] ſextario aquę calidæ miſcetur, agitataque diligenter per os diffunditur. [f] Veterẽ tuſsim ſanant duæ libræ hyſſopi maceratę ex aquę ſextarijs tribus, quod infuſum teritur, & cũ duabus partib. [g] farinę miſcetur, & per os datur, ſuper quod aqua hyſſopi, in [h] aqua decoctũ infuſum decoctũq; [i] etiã propinatur ad cornu. Porri etiã ſuccus expreſſus cũ

[a] ſtrignũ ex o. ac liq. coquas, & per
[b] lentiſci.
[c] ſpongia.
[d] intra.
[e] ſine cortice ſextarijs duobus aquæ.
[f] Nouũ caput. Adiectere tuſſim. Nouũ caput M.S.
[g] lentis.
[h] qua
[i] eſt.

oleo & ipsi febri cum hordeacea farina remedium præstant. Radices quoq; eius diligenter lotæ, & cum farre triticeo contusæ, ieiunoq́ue datæ, discutiunt vetustissimam tussim. Idem præstat eruum si in pabulis cum ptisana hordei mollitum, & cum aquâ tepidâ vel mulsâ in fauces saliuanti ore dimissum.[a] Suppuratio, quā apostema dicunt, melius ferro aperitur *quàm medicamento*, pòst cum expressum pus aut sanies fuerit, sinus ipse, qui eam continebat, vrina bubulina calida lauatur, ac linamentis ac stuppis siue linteolis pice liquida & oleo infusis curatur. Quòd si colligari ea pars, ubi est ulcus, non potest, lana candente sepum caprinum aut bubulinum stillatur.[b] Aliquanti, cum vitiosam partem inunxerint, tūc urina veteri humana lauāt, atq; ita æquis ponderibus pice liquida cum veteri axungiâ incoquūt & liniunt.[c] Sanguis cum ex aliqua necessitate ad pedes venerit boum, claudicationem affert. Quod cum accidit, inspicito ungulam, inuenies eam vltra solitum calere, & vitiatam partem premi vehementer, bos nō patitur. Sed si sanguis adhuc super ungulas in cruribus est, ad triduum triti salis perfricatione discutitur. Quòd si tantum in ungues descenderit, cultello leniter inter duas ungues aperies, & mūdabis deintus, & postea stuppam sale atq; aceto infusam applicabis ad solum, sparta opere calceatur, maximè quæ datur operantibus. & in aquam non mittat pedem, sed vbi siccum est ambulet. Qui sanguis nisi emissus fuerit[d] saniē creabit. Quo suppuratio[e] etiam curabitur. Nam primo ferro circuncisus expurgatu [redacted] deinde pannis aceto & oleo & sale madefactis impletur, mox axungiâ veteri & sepo hircino pari pondere ferro candenti stillantibus curatur, & perducitur ad sanitatem. Si sanguis in interiori parte ungulæ est, nec aperturam facit, & tantùm claudicat animal, extrema ipsius vngulæ ad viuum resecantur,

fecantur, & ita remittitur, ac stuppa vel linteolis cum sale & oleo & aceto infusis pes inuolutus sparta munitur. Mediam verò vngulam ab inferiori parte non expedit aperiri, nisi eo loco in quo suppuratio facta est.

[a] Si claudicat ex dolore neruorũ, oleo & sale genua poplitesq; & crura confricanda sunt calido aceto, & lini semẽ aut milium detritum infusumq; aquâ mulsâ imponendum est, & spongia quoq; ferventi aqua infusa & expressa, conspersaq; postmodum mellẽ, genibus circundatur ac fasciis alligatur. Quòd si humor est cũ tumore, fermentũ vel farina hordeacea ex passo aut aquâ mulsâ incocta imponitur, & cum maturauerit suppuratio, scinditur ferro, emissaq; sanie (ut suprà docuimus) percuratur. Potest etiam radix lilij vel squilla cũ sale, vel herba sanguinalis (quam palaganon Græci appellant) vel marrubium ferro aperta sanare. Omnis autẽ corporis dolor, si sine vulnere est, recens fomentis [b] mellinis discutitur, vetus autẽ vritur. Et suprà vulnus vel butyrũ, vel caprina instillatur axũgia. [c] Scabies [d] anatis] trita oleo defricata. Eodemq; remedio rabiosi canis sanatur morb. vel lupini vulnus illatũ. Vetus quoq; salsamentũ vtranq; perhibetur plagam curare. Ad scabiem quoque præsentior medicina ista est: si cumulam bubulam sulphurq; conteritur, admixtaq; myrrha cũ oleo atque aceto decoquitur, & cum tepescere cœperit, alumẽ scissum tritum inspergitur: [quo vngatur ad solem fortiter] quod medicamentum candentis olei illinitum prodest. Vlceribus gallarum tritarum puluis inspergitur. Succus quoq; marrubij impositus cum fuligine sanat. [e] Infesta pestis est bubulum pecori (quam Maginium rustici vocant) cum pellis ita dorso hæret, vt apprehensa manibus deduci non possit à costis: quæ res non aliter accidit quàm si bos ex languore aliquo ad maciem deductus est, aut sudans in [f] corpore faciẽte refriguit,

[a] Noui caput. Ad claudicationem. cap. XV.

[b] melius.

[c] Noui caput. Ad scabiẽ boum. cap. XVI.

[d] scabiosa trita cum.

[e] Noui caput. De peste adhærente. Pessima pestis.

[f] opere.

refriguit,

a quoniam.

refriguit, aut si lapsus sub onere vehementer est infutus in pluuia: quæ[a] quandoq; pernitiosa sunt, custodire debemus, vt cum ab opere redierint boues adhuc æstuantes anhelantesq; vino aspergãtur, & offula panis vino infusa faucibus eorum inferatur. Quòd si prædictum vitium inhæserit, expedit decoquere laurum, & cũ calida & oleo & vino spinam dorsumq; animalis confricare contra pilum, ac per omnes partes apprehẽdere pellem, & velut à costis separare. Quod aut in loco calidissimo faciendum est, aut sub diuo sole feruente.[b] Aliquanti feces vini & axungiæ commiscent, eoq; medicamento tepido post fomentum prædictum vtuñtur.]

b M.S. non habet.

c Nouũ caput. De phthisi. Est etiam grauis pern.

[c] Et cum grauis pernicies, vt cum pulmones exulcerantur, vnde tussis & macies, ad vltimum verò phtisis inuadit, quæ mortẽ afferant. [*Cui*] radix consiliginis, succus porri, omnium hemina per mensuram olei miscetur, & bibendi sunt cũ vini sextario per dies plurimos.

d Aliud caput. de Inflatione palati.

[d] Nonnunquam & tumor palati ciborum fastidium facit, crebrumq; suspirium. Prodest palatum ferro aperire vt profluat sanguis, cui eruum sine corio maceratũ ad manducandum dabis, viridemq; frondẽ vel quodlibet aliud molle pabulum dum sanetur.[e] Si in operibus contuderit collum, præstantissimum remediũ est, sanguis ab aure emissus. At si id totũ in tempore quæ vocatur Amati amaticum sale tantùm & imposito.] Si

e M.S. non habet.

f Nouũ caput. Ad deiectionẽ ceruicis.

[f] ceruix mota & deiecta est, cõsiderabimus in quam declinet, & ex diuersa parte sanguinem detrahimus, ex ea vena quæ in aure videtur amplissima, quæ[g] sarcocata prius verberanda est, & cum intumuerit, ferro aperiatur, effusoq; sanguine postero die ex eo loco emittitur cruor, & biduo vacatio operis datur. Tertio verò die leuis iniungitur labor, & paulatim ad operis consuetudinem reuocatur. Quòd si ceruix in neutram partem deiecta est, mediaq; intumuit, ex vtraq; auricula sanguis

g sarmento.

emittitur

emittitur. Qui si inter triduum quòd bos vitium cœperit emissus non est, intumescit collum, neruiq; tenduntur, & ita nata duricies iugum non patitur. Tali vitio comperimus aptum esse medicamentum, ex pice liquida & bubula medulla, hircino sepo, & axũgia veteri, oleo quoq; veteri æquis ponderibus [a] impositum concoquitur, quo vtendum est cum bos ab opere disiungitur. & in piscina [b] in quolibet tumore ceruix lauatur, cõfricaturq; diligenter prædicto medicamẽto, detersaq; diluitur. Si ex toto propter tumorem ceruicis iugũ recusat, paucis diebus requies ab opere danda est, & ceruix cum aqua frigida lauanda, & spuma argenti linienda est. Celsus quidem [c] iumenti ceruici herbã quæ vocatur [d] ama (vt suprà dixi) contundi & imponi iubet. [e] Quæ ceruicem infestant minor est cura. Nam facile sanantur per ardentem lucernam oleo instillato. Melius tamen est custodire ne nascãtur venæ. Etiam colla calefcunt, quæ non aliter glabra fiunt nisi cum sudore, aut pluuia ceruix madefacta est in opere. Quod si acciderit, puluere lateritio trito priusquam deiungatur, bouis colla conspergi oportet. Et cum exsiccati fuerint, exinde oleo iterum infundi.] Si [f] talum vel vngulam vomer læserit, picem duram & axungiam cum sulphure, & lana succida inuoluito, & candente ferro supra vulnus imponito, & [g] vngito, quod remediũ optimũ facit, si clauũ calcauerit, aut acuta testa vel lapide vngula pertũditur: quę tamẽ si altius vulnerata est, latius ferro circũciditur, ita inuritur, vt suprà precepi. Deinde ex parte calceata per triduũ aceto suffuso curatur. Quod si vomer [h] intrauerit lactuca marina, quàm Græci [i] Cyniolã vocant, admixto sale imponitur. [k] Subtriti etiã pedes eluuntur calefacta bubulina vrina. Deinde fauilla sarmẽtorũ feruente calcare compellitur, & pice liquida cum oleo vel axungia [l] cornua eius vnguntur.] Minus tamẽ

[a] compositum.
[b] qua bibit.
[c] Iumenti.
[d] auena.
[e] M.S. non habet.
[f] De læsione tali aut vngulæ. Cap. XX.
[g] & vre.
[h] crus vulnerauerit
[i] tithimallum.
[k] De subtritis pedibus. Cap. XXII.
[l] supervone.

claudicant si ab opere disiunctis frigida pedes lauetur, & suffragines coronæq; ac scissura ipsius vngulę, veteri axungia defricentur.[a] Frequenter etiam vel ab asperitate itineris, vel in proscindendo duritiam soli, aut obuiis radicibus obuolutatus conuellit armos: Quod cũ acciderit, ex prioribus cruribus sanguis emittitur, si dextram ex sinistro. Et si vehementius utrãq; vitiauerit, etiam in anterioribus cruribus venæ soluuntur. Perfractis verò cornibus, linteola, sale, atq; aceto & oleo imbuta ponuntur; superligatisq; per triduum eadem infunduntur. Quarta die tantùm axungiâ cum pice aridã & cortice pini pari pondere imponitur, & ad vltimũ cum iam cicatricem producunt, subito infricatur. Solent autem neglecta vlcera vermes creare, quæ si manę ex aqua frigida perfundãtur, rigore eius contracti, decidunt. Vel si hæc ratio nihil profecerit, marrubium aut porrum conteritur, admixto sale imponitur, vel calcis uiuę puluis inspergitur, aut cucurbitæ viridis succus cũ aceto mittitur. Ideoq; vniuersis vlceribus picem liquidam, oleum vetus & axungiam oportet adhiberi, & extra vulnera etiam eodem medicamento circumliniri, ne infestentur à muscis, vel vermes creent cum vulneribus inciderint. Serpentis quoq; ictus mortiferus est bobus, sed & minorum animalium noxium virus. Nam viperæ & celicia cum in pascuis bos improuide supercumbit, stimulo morsus imprimunt. Araneus quoque, quem Græci migaltem appellant, parui quidem corporis, non paruam solet inferre perniciem. Verùm viperę venenum depellit, supra tumorem, qui inflatur ex ictu, scarificatio ferro facta, ita vt herba quã personatiam vocant, imponatur trita cum sale. Creditur radix si cõtusa conatur, vel siler montanum reperiatur, & trifoliũ simoniamũ, quod fragosis locis efficacissimum nascitur, odoris grauis, bitumini similis, propter quod à Gręcis

[a] M. S. non habet.

cis asphalton appellatur, nostri autem propter figuram acutum trifolium vocãt, nam longis & hirsutis folijs viret, caulemq; robustiorem facit quàm pratense: huius herbæ succus cum vino faucibus infundatur, atq; ipsa folia cum sale trita imponantur in plagam. Quòd si viridem minimè reperiunt, semina eius collecta & trita dantur ad potandũ cum vino. Radices quoq; eius cum succo caulis tritæ addita hordeacea farina & sale, cum aqua mulsa sacrificationi superponuntur. Est etiã præsens remedium si fraxini cacumina tenera cõteras cum sextarijs vini quatuor vel olei, expressumq; succum faucibus infundas, Itemq; cacumina eiusdem arboris cum sale trita læsis naribus superponas. Celiciæ enim morsus tumorem suppuratumq; generat. Idemq; facit muris aranei: sed celiciæ morsus sanatur, si acu ærea locum læsum compungas, & creta cimolea ex aceto oblinis: Muris verò pernicies, si animal ipsum oleo mersum neces, & plagam dentiũ ex eodem confrices. Quòd si non fuerit, contritum ciminum cum picula & axungia, vt similitudinẽ malagmæ habeat, impositum plagæ, perniciem submouet. Quòd si antequam tumor discutiatur suppuratio fuerit generata, optimũ est ignea lamina vel cauterio collectionem aperire, quicquid vitiosum est inurere, atq; ita cum liquida pice & oleo inlinire. Quidam viuum murem araneum creta figulari circundant, & colla boum suspendunt, morsusq; ipsius bestiæ submouet. Oculorum vitia plurima in illis sanantur. Nam siue intumuerunt, aqua mulsa triticea farina conspergitur & imponitur, siue album in oculo est, salis fossilis Hispani vel Armeniaci, vel cum melle pexmixti vitium extenuat. Idem præstat tritæ sepiæ testa, & per fistulam oculo ter in die insufflata. Prodest etiam radix, quã Græci silpion vocant, nostri autem laserpitium, huiusmodi quantum volueris ponderis cum decima parte salis Armeniaci &

cum fistula oculo influas. Quæ radix tunsa & cum oleo lentisci mixta vitiū expurgat. Si genæ humore profundunt, lachrymisq; visus confunditur (quam epiphorā vocant) polenta ex hordeo mulsæ aquæ cōspersa super genas superciliaq; imposita reprimit humorē. Pastinacā quoq; agrestis, quā armoneaceā vocāt, cū melle trita oculorū sedat dolorē. Memineris verò quoties mel aliósue succos remedio adhibes, vt prius pice liquida cum oleo circūlinias oculos, ne à muscis apibúsue vel vespis infestentur, quas dulcedo mellis inuitat. Plurimúq; hirudo, id est, sanguisuga, cum foris iuxta fauces hæret, sanguinē trahit, eam à iumēto digitis oportet auferri: sed si interius sit, vt manu detrahi nō possit, cannā vel fistulā perforatā inserito faucibus, ac per eam calidū oleū infundes. Nam eo cōtactu bestiolæ importunitas recedit. Odor quoq; cimini super carbones impositi vbi sanguisugam afflauerit, euellet à vulnere. Quòd si stomachum vel intestinū tenuerit, calido aceto per cornu infusó necat. Machina quoq; describēda est fabrica, qua cōclusa cuiusuis generis iumēta bouesq; curantur, vt & tutus ad pecudē medendū accessus sit, nec luctando quadrupes aut membra conuxet, ac sic remedia despuet. Roboreas asses cōstringis, soliū, quod in longitudine nouē pedes debet habere in altitudinē pars posterior duos simipedē: Pars verò quę ad priora animaliū ptinet, quatuor pedes: texunt ita vt velū in caudā ductum nō possit exire. Sed à parte posteriori paululū latiorē, à priore strictiorem machinā compingi oportet. Cui trāsuersum trigillum ad modum iugi cōfirmandum est, ad quod equorum capita vel boum cornua religantur. Nam reliquū corpus ad temones socios vel funibus alligetur, vt iuuamentū præstetur ad medētis arbitriū. Quæ machina ad omniū maiorū animaliū medelā solet esse cōmunis.

Ad rabiem.

Quæ

[Rabiosis equis & canibus da bibere rasuram de iliernia & sanantur.]

Quæ ab initio huius tertij libri vsq; ad hunc locũ habentur, non reperiuntur in vetustiore codice, adeoq; pro vno sumuntur capite, itaq; subsequens reputabitur caput secundum.

Si vermes animal fecerit. *Cap. II.*

SI vulnus in dorso, aut quacunq; parte corporis cœperit habere vermes, & timetur ne putredo vulneris transeat in cancrum, nepitam & cedrinã siue ciminum vel cicutã conteres ex aceto & impones. Calcẽ quoq; viuam ex aceto acerrimo temperatã necare vermes experimenta docuerunt. Si [a] vermiculus dorso putredinẽ fecerit, vtilissimum est cauterizare subtiliter, postea viscũ cum melle & vino cõterere & imponere. Pannos quoq; minutos cum oleo & aceto vulnera purgare manifestũ est. Quo facto si necessitas fuerit, vstio rursus adhibetur. Ad vltimũ cornu caprinũ cõbustũ & contritũ valet, vlceribus superinspergit, vt recuperetur & sanitas ei det.

[a] *mercurius*

De cura lumborum. *Cap. III.*

LVmborũ quoq; cura vicina est. Nam animalia aut cum nimio pondere, aut cum transcendere fossam conantur, si posteriores resederint pedes aut nimio [b] frigoris dolore renum contrahuntur.] Ideoq; aqua calida cum flore fœni diutissimè cõfouendi sunt lumbi: Inunctionibus etiã calidissimis perfricandi, & ad vltimũ afronitro diluti, inducto caustico corroborandi. Quòd si dolor vehementior fuerit, de ignibus soluendæ sunt venę, & oleum cum axungia sanguini qui profluit immixta, renibus inlinuntur. Et si necessitas fuerit, cataplasmis utendũ est. Potio quoq; renibus subuenit, si pillulas cypressi incidis duodecim supra carbones, nitri quoq; vncias tres [c] assis, & vtraq; in puluerẽ redigas, cũ vncijs tribus mellis, [d] & vini veteris sextarijs tribus, & olei boni tribus vncijs,] quod per quatriduũ ęqua parte faucibus digeras. Vitio lumborũ medet hemina seminis brassicę cũ sextario polentæ attusa ex aqua frigida subacta atq;

[b] *frigore dolorem renes contrahun*

[c] *aßis ij, quæ*

[d] *M.S. non habet*

[a] composita infunde naribus.

[a] imposita dolentibus locis.] Sisembriū quoq; cum polentæ sextario & aqua subactū medetur. Efficacius tamen est si cypressi folia ad modum heminæ diligentissimè contundas,& polentæ sextarium admisceas, acriq; aceto subactis dolenti imponas. Prætérea resinæ duræ vncias [b] sex decoquas vt liquescat, cui feruenti superaspergis hordeaceam farinā quàm diu inspissetur ad similitudinem pulmenti,& diu subactis,& calidum ita vt manus pati possit,superillinis renibus. Quod si frequenter renouaueris, & dolori subuenit & tumori. Si verò tanta indignatio fuerit, vt eiusmodi non sentiat curas, aut cauterio cuprino locis oportunis vrendo deprimes puncta ne deformetur animal, [c] aut si vilius est, aut necessitati aptum, quo decori gratia lares, sicut moris est vteris.]

[b] duas

[c] aut simile, & est necessitati aptius, quàm decori, sicut moris est, veteris

Quibus signis renum dolor indicetur. Cap. IIII.

RENum autem dolor his agnoscitur signis: Posteriores vngulas trahit, lumbi vacillabunt, cauda deiecta erit,& [d] fœtulenter mingit, ilia dura atq; contracta. Interdum tales sunt renes, vt sanguinem mingant,& si nimium effuderit incurabilis est passio. Si parum cruoris abundauerit, scito posse curari. Cui post detractum sanguinem vel de matrice, vel de femoribus, hanc potionem dabis,videlicet porri sectiui succum ex aqua.

[d] fœtulentus insurgit

De internis musculis. Cap. V.

SAepe musculi, qui in renibus sunt, vexantur ex casu, & exteriores facilius curantur, si iustæ medelæ afferunt tarditatem. Optimum est quoties ceciderit iumentum loco non moueri,& aqua frigida perfundi, & postmodum vnguentis vti. Quæ passio ista consueuit ferre indicia: renes obdurescūt, contrahuntur testes, coxamq; trahit & colligere se non poterit. Quæ valetudo nascitur

tur ex itineris longi fatigatione, aut ab[a] infractu cliuosa rum viarum. Incitatio quoq; cursus & saltus extensio hanc adferunt causam. Sanguinem igitur ex visceribus oportet emitti, pro vt qualitas corporis patietur. Vtendum est potionibus etiam ad valetudinem necessarijs, molli dormitione animal collocandum.

[a] infractu

Si talus exeat animali. *Cap. VI.*

EX perfrictione nonnunquam animalibus exit foras talus qui hac ratione curatur: Scalpello sacrificabis, præcipuè loca quæ videntur eminentiora, similiaq; vesiculis: scarificatio digitis exprimitur & decarnatur, pulvere salis perfricatur, donec cum sanguine actus humor exiccetur. Post calida & sale fouebis, & deprimendo intus remittis, & continuò reuertetur ad locum vnde exierat. Altera intus digitis missis inlita lypparia vel meliloto, donec sanetur. Quòd vitium si ferro tangere dubitas, hoc medicamento curabis quotidie: Castorei vncias tres, salis triti pondera duo, salis armeniaci libram vnam, sinapis pontici vncias vj. omnia tunsa & cribrata pariter decoques, impones talo, & alligabis quotidie, aut lixiuio calido fouebis, & medela continua vsq; ad sanitatem. Potionibus autem[b] termaticis calefiet ægrotum. Alij in hac passione cum axungia ad manus talos fulciri & reponi oportere dixerunt, postea spongia apponi caudam supra alligando. Si tamen diebus aliquot fuerit cura neglecta, prius foueri ad sex ex lixiuiò, vel sale & vrina calenti, & sic reliqua curationis impleri.

[b] tragmanticis

De dolore renum. *Cap. VII.*

DOlor renum animalibus sæpe contingit, his proditur signis: nec incedere poterit, nec cubare, ilia eius inflantur & obdurescunt: quorum ista curatio est. Sanguis de vtrisq; femoribus emittitur, postea lotium ve-

tus & putridum in vase supponitur, & lapides molares ferventes mittuntur, animal sagis diligentissimè usq; ad ungulas operiatur, vapore lotij venæ testium sudent: post aqua calida cōfoventur, nitrum & alumen scissum pariter conteres diligenter, & admixto oleo testes perunges fricando. Si molares huiusmodi rei proditur* ma lentis heminam unam decoquis, admixto vino mortario teres, cipressi folia ℈ iiij. mollissimè pariter trita commiscis, tantundem etiā suillæ adipis adiunges, vinumq; vetus desuper sparges, inlinitum testibus apponas, donec sanitas procuretur. Si tardius dabitur sanitas, testes [a] subterstillatis cauterijs urito, vel leviter scarificato.

[a] superscintillatis

De tumore testium. Cap. VIII.

Hordeum comburito, pulveresq; ex eo trito suillæ adipi misceto, ex quo medicamento mane & vespere testes illinito. Physicum autem creditur, testes animalium ablutos canino felle sanari. Alij authores aqua calidâ testes cum dolent fovendos esse duxerunt, suffumigandos etiā viridibus folijs, cypressiq; arboris specialiter mederi testibus creditur. Sed si defuerit testes ardentes nihilominus in aqua calida mitti, & inde suffumigari, post cretas cimolias cum stercore bubalino ex aceto acerrimo calentes induci, & quotidie revocari, quousq; sanitas subsequatur.

Si natura revocari non possit. Cap. IX.

Si natura iumento excedit, & revocari non possit, in aqua frigidissima cōstituendū est, & ibi fovendum, & sublitam manum in anum eius inijcies, & contra vesicam fricabis, post diligenter cooperies ne perfrigescat. Potiones dabis, stercus suillum quotidie ex vino, aut in aqua dulci, donec liberetur.

Si

Si iumentum sanguinem minxerit. Cap. X.

SI iumentum sanguinē minxerit, vel adsellatum fuerit, hac ratione curabitur: De superiori vena sanguis auferatur, aphodilli quoq; herbæ radix teritur, & cum vini albi dulcis duabus cotylis per os infunditur, quæ glutinosa videatur. Prodest etiam farinā triticeam cum adipe suilla & puluere corticis mali granati decoquere, & non crassas potiones, sed liquidas per os fundere, & non solum à cursibus, sed etiam ab ambulatione abstinendum est, vt glutinetur vena quæ interrupta est. Contingit enim cursu vel saltu, vt intrinsecæ venæ rumpantur, quapropter rebus stipticis, & his quæ consolidationem faciunt curentur. Super renes hoc anacollima oportet imponi: bulbos tascedeas viuas contusas, allia quinq;, anagallici libram, quæ omnia pariter bene trita commiscis, & renibus eius imponis. Quod prodest etiā illis, quibus euulsi vel emoti sunt renes. His autem quibus per nares effluit sanguis, pusca frigidissima caput eius fouebis, modicum salis adijcies, post anacollima in capite & in temporibus oblinis, & in medicamēto constrictis venis fluxum sanguinis reprimis.

De dysenteria. Cap. XI.

SI dysenteria iumentum apprehenderit, reuersatur eius extalis, quæ vt curetur circumsecanda est cautissimè, ne intestinum, quod præpositum est extali, frangatur. Procidit intestinum à[a] contactu, vitæ periculum facit si tangatur: quod semel nō redit, & sic remanebit, & paululum erit extalis suprà. [a] ab extale, &

Si otiosum animal sanguinem mingat. Cap. XII.

ANimalibus otiosis & [b] pigris contingit expletura sanguinem mingere, cum hoc quod abundat, erumpendi per vrinam inuenit viam: attenuati & [b] pinguibus

exhausti animalis interdũ est in terra sanguinea. Quod accidit, aut ex nimio ascensu, aut labore ponderis, aut nimietate cursus [a] sodalis. Qui ex delitijs aut abundantia contraxerit passiones, de matricé auferunt sanguinem: attenuatis venas laxare, contrarium. Vtrisq; tamen salutaris est potio, si lac caprinũ cum à matricibus obolis. & vitiolaris herbæ succo pastillos facias, ex quibus vnũ per os frequenter infundas. Certissima quoq; ad ipsorum salutẽ potio prædicatur, si draganti vnciam semis, [b] mespili ℈. steracis [c] ℈ iij. nucleos pini, hos purgatos ducentos decem infundis in vino optimo, ac diutissimè, pòst ad magnitudinẽ nucis auellanæ cum apibus attritos & vini sextario resolutos dabis ad cornu, & faucibus digeres per dies continuos septem, quod etiam omnibus prodest cũ fabę magnitudine cum [d] ouo dedisse.

[a] Sed ille, qui

[b] metropoli drach. 1.

[c] drach. iij.

[d] vino

Si animal sanguinem vomat. Cap. XIII.

SI verò sanguinem vomat, oportet genestæ succum cum vino atq; porri succo, lixiuio oleoq; permixto faucibus infundere. Aliquando animalia sanguinẽ vomunt, quibus hac potione succurritur: Absynthium ponticum & spicam nardi æquis ponderibus in cacabo nouo cum aquâ decoques, & dabis in potu.

Si percussa vena claudi non possit. Cap. XIIII.

SI sanguis interdum nimis per venam cum percussa fuerit, vt claudi non possit, erumpat, remedium est, stercus animalis superponere fluentibus venis: Aut si perseuerauerit, vrere cauterio subtiliter, ne nerui lædantur; floccum etiam competenti oleo tinctum venæ admoueto: etiam assem lineum in vena qua sanguis profluit, ponis, & ligas, præsens est remedium.

De indignatione vesicæ. Cap. XV.

VEsicæ indignatio generatur ex plurimis causis. Quapropter vrinæ difficultatem, immo præsens discrimen

men inportat. De qua valitudine diligenter tractari cõuenit, vt passioni competẽs medela succurrat: quæ his agnoscitur signis: mingere non poterit, omnia crura flectentur, dimittitur venter ad terrã. Et si difficulter mingit dysuria appellatur. Sed quando guttas per veretrũ mittit cum labore, stranguria dicitur. Quum in totum non potest mingere dysuria appellatur, & vicinus est morti. Propter quod extensiones & tubercula nascuntur in dorso, & præfocatio circa fauces ex dolore vẽtris. Cui hac ratione succurris: de pectore venas pungis, & sanguinem quãtum videbitur detrahis, & sic accipitur lauamentum. Præterea manum tepidam cum oleo in anum mittis, & si qua stercora inueneris intus, quia inpedimentum præstant, attrahis. Post cum libra olei, salis triti plenum acetabulum misces, & calefactum injicies in anum, iumẽto in locis pronis posito, vt facilius ad interiora descendat; dulcedo enim sequitur ac solutio ventris, & dolor mitigatur. Quæ remedia, si tarde subuenerint, manus & brachia perungito, & cum magno sensu atq; cautela manus injicito, & in partem dextram & in partem sinistram, & sic manum plenã leuiter præmito, vt incipias in hac procedere, & sic liberabitur. Valde [a] spinæ est cõtrarium. Ex his causis passio ita descendit, si iumentum in opere aut cursu magna parte duci cogatur, & vrinæ facili spacium denegatur, & à vesicæ meatu usq; ad veretrum nascitur tumor, & cum dolore egestionis foramẽ angustatur. E diuerso, si iumẽtum exerceri solitum, diebus plurimis steterit, indigestione nascuntur spurcitiæ, & humores efferuntur vsq; ad vesicam, compunctiones etiam & morsus vrinali fistulæ præstant, ex quo stranguria plerunq; cõtingit. Ex perfrictione & indignatione dysuria solet venire, cũ nimio rigore meatus intumuerit. Et ideo calefactionibus diuersis à frigore soluenda est iniuria celeriter. In-

[a] premere.

terdum & indigestione hordei, & cum aquam frigidã auidissimè biberint, dolores ventris animalia patiũtur, & propter vicinitatem commota vesica stranguriam sustinent. Aliquando & stercus pullinum, & alia noxia in cibo sumpta, cum inflationem fecerint, impediunt minctionem. Bestiolæ etiam quæ appellantur [a] vulpestres, araniæ similes, cum deuoratæ fuerint animal præfocant. Aqua quoque cœno vel [b] limo turbida si bibatur, meatus impedit minctionis. Vermes quoque vel lumbricis in intestinis cum ex vlcere venerunt, vesicas lædunt, & dupliciter animalibus discrimen important. Quòd his deprehenditur signis: animal quod tardius mingit latera sibi scalpit vel terram mordet, scias eum vermib. vel lumbricis extorqueri. Cui hac ratione succurris: Brassicæ folia subtilissimè contundis & commiscis boni cotylas quatuor, & per sinistrã narem infundis: laser quoq; syriacum & nitri puluerem cum vino decoquis, & per os digeris. Inambulationib. & leni cursu exercebis in loco molli vel herbido, vel ad aquam leuiter ad vrinam inuitabis. Si vbi aliquod aliud animal minxerit, teneatur facilius prouocatur.] Quæ [c] præmittuntur vt veniatur ad curas: aqua enim calida diutissimè lumbi fouebuntur & renes, tunc auenam agrestem ex vino dulcissimo duabus cotylis decoquis, & per sinistram narẽ infundis colatos humores: ficus præterea optimas decoques in aquæ cotylis quatuór, mixtoq; nitri puluere similiter diffundes. [d] Alliũ quoque cum vino decoctum, & per sinistram narem infusum producit vrinas. Memineris statim cum in passionem ceciderit, hordeum eis subtrahendum penitus & potus, herbas virides vel farragines ad sustentandum dandas. Sarmatarum autem æquitatus veteres plurimum valuerunt, usus inuenit, ut animalia à collo vsq;

ad

[a] bulprestre.

[b] luto.

[c] quadam.

[d] Trifolium.

ad pedes inuoluantur de sagis, suppositisq; carbonib. viuis, addito castoreo, suffumigentur, vt totum ventrẽ testiculosq; eorum castorei fumus euaporet, & confestim detractis carbonib. cooperti deambulant, & mingunt. Allumẽ [a] salsum, & sale fricato admixtoque oleo. & melle collyrium longum & tenue facito, & in veretri ipsius foramine inserito, continuò prouocabitur. [b] In ēno panacis quantum digiti minoris extremitas est, dabis.] Alij cepas acerrimas [*purgant*] & leuiter cõtusas tres, aut quinq; ponunt in anum, & sic deambulare faciunt. Ad vrinas inuentus est qui affirmat, & vngulam equi ipsius radi & teri cum vini sextario, & per nares infundi ad celerem mixionem. [c] Si non tali ratione prodesset:] betas & maluas decoques, & aquam earum calentem cum melle ad vnum sextarium naribus infundes. Si tempus virides denegat cibos, fœnum mellicrato aspersum præbebis: vel succum ptisanæ hordeaceæ cũ mellicrato similiter dabis. [d] Aliquãti rosmarinos decoquunt, & ex ea calida [*testes*] fouent. Alij cimices, [e] tritos in nares animalis mittũt, & aliã super naturã qua mingũt cõfricant. Certissimũ dicitur: Porros decoques, & succum eorũ exprimes ad sextarium *j.* & cum vini veteris hemina olei acetabulum permisces, & per narem dextram dabis, deambulando ducis. Vulgare & verum est remedium; lutum de via ex lotio cuiuscunque equi factum, vinoque permixtum & colatum naribus infundas. Apij radices [*cum vino*] aut mellicrato decoctas præbebis, pulueremque thuris ouumq; crudũ cũ vino dulci permixta. [*Per os conuenit dari, Alio cũ vino permixta*] [f] & calefacto supra renes ilia inũgẽs cõfouebis. Ex melle quoq; decocto & sale collyria lõga & tenuia foramini immittũtur, quo emanat vrina. Musca viua & loco ipsi immittitur, vel [f] mica thuris

[a] *scissum.*

[b] *In aheno opopanacis quãti digiti minoris extremitas est, cũ vino decoqui & per nares dextras dabis.*

[c] *physicali ratione prodesse.*

[d] *Alij.*

[e] *ternos viuos in aures.*

[f] *micha*

[a] collirium.

apponitur, & de bitumine [a] collo inseritur, vt prouocetur vrina.

De fluxu ventris. Cap. XVI.

[b] poßit astringi.
[c] principale remedium est, Palaustæ seminis.
[d] vel aceto per os diffundit, ordeum quoq; cõbustum ex vino austero dabis.
[e] casiæ.
[f] minores.
[g] ueteri.
[h] denarios tres.
[i] spongiam.
[k] heminã, seu caprini vnciã vnam, lactis heminas tres pariter cõmisces & da.
[l] M. S. non habet.
[m] vnciam vnã, cum aceti hemina media dabis.
[n] In folliculo vel in ane, alijsq;.
[o] filo.

QVibus modis strictus venter solui debet sępe prędictum est. Nunc exponendum est quemadmodũ, si solutus, [b] postea restringitur. Etenim hoc animalibus periculosum nimis est, nisi velox medicina subuenerit, cuius necessitas de experimento [c] principali tenendum est. Clistere] vnciam ex vino austero [d] dabis, caryotas tundis & gallas syriacas, & exinde datur potio salutaris.] Talis quoq; subuenit compositio: cene vncias 2. sordes lardi librã vnã, piperis vnciã semis, piculę semiunciam diligentissimè tundes, [e] casiæ vnciam semis trita pariter consperges, offas facies, solito [f] more intinges in cera cum remissa est. Sic quoq; digeres stercoris ouis [g] librã, & in aceti & mulsæ sextario per cornu dabis, herba rubea [*trita*] restringes, si dederis in vino [h] spongiam. [i] Offam intinges in pice liquida, pòst combures, farinamq; eius cum vino austero defundes, farinæ triticeæ [k] heminas quatuor pariter cõmisces & digeres.] Nitrum quoq; [l] si potest fieri,] virgineum diligẽtissimè tritum & in puluerem redactum, [m] cum aceti semiuncia dabis heminam. Puluis ex pumice datus cum vino in potu, mox medetur.]

De verrucis. Cap. XVII.

A [n] Lijs quoq; partibus corporis nascuntur aliquando verrucæ, & vitium difformitatis importãt, hac ratione curandæ: [o] lino subtili constringentur ipsæ verrucæ, in causticum crudum imponuntur & sponte decidunt. ferro etiã praeciduntur, & de cauterio leuiter adusta sanantur.

De vijs coxarum. Cap. XVIII.

I[*Nterdum iumentis*] misera fit coxa, cui de venis femoris sanguis emittitur, & in vase diligenter excipitur, admiscetur etiam puluis sulphuris, nitri, baccarũ lauri, [a] simul tritis, & contra pilos diutissimè perfricatur, & & per triduum sic permanere permittitur. Aqua etiam, in qua verbenæ coctæ sunt, tepida [b] datur in die fomentabis: [c] Pedes quos sanos habent glante ferreo, vel si defuerit, spartea calceabis, cui lemniscos subijcis, & addita fasciola diligentissimè colligabis, & supposititiã facies parti illi quæ misera est, vt planas vngulas possit ponere, in crisma etiam perunges in sole non minus quàm hora, contra incisuras quatuor foraminibus cautere pertunde, & pannos vel lemniscos ex acero sub cute per foramina traijce per triduũ, post traumatico illinitos pannos diebus nouẽ per eadem foramina traijcies, vel calida verbenatia vtaris, & sic lemniscos subijcias. Vndecim quoq; lemniscos inducis & incretas locum vt cutis ad pulpas adhæreat. Cũ cicatrices se clauserint, causticum imponunt. Hac ratione emota vel læsa coxa sanabitur. Vel si coxa se læserit, vel à Mulomedicis dicitur filius læsisse, certior & facilior curatio inuenta docetur, & probata. Nam dudum claudũ animal in sole ponunt, vino & oleo calefacto calefaciunt ipsum, hoc est, iuncturas coxæ diutissimè confricant, donec sudent. Tunc animal capistro trahunt, & sensim currunt, alius lorum vel funes tenet, lassus sequitur, & subito dum animal currit, recta ad se coxas ipse cũ impetu trahit, si sonuerit, scias loco suo redisse, paululumq; cessabis, post sensim deambulando tentabis. Si ad locum suum redierit, retractos pedes ponit, & minus claudicat. Vlterius animal non conuexabis, sed per tridum fomentabis calida verbenatia, pòst causticum induces. Quòd si prima die iunctura componi non potest, secunda die simili ratione coxas

[a] & sepia trite
[b] ter in die
[c] M. s. non habet, sed subijcit per dies septẽ, pedem quẽ sanum habet calceabis

sæpius trahis, donec reuertatur ad locum.] Quicquid autem vexatum vel remotum fuerit vel ictu rotæ aut quocunq; alio casu, in prioribus vel posterioribus partibus, vel articulis, uel genibus, hoc anacollima constringit, & consolidat. Bulbos rufos triginta [a] cochleas viuas triginta, anagallici libram j. plantaginis viridis manum plenam diligentissimè contundis & misces, additis tribus ouis, cum stuppa imponis, & colligas. luxata cõstringet, & [b] tumefacta sedabit.

[a] *cochlearia vini*

[b] *humecta siccabit*

De laccis gambarum. Cap. XIX.

SI iumento laccæ enatæ fuerint in gambis, his agnoscitur signis: Dextra ac sinistra ad similitudinem vesicæ inflabitur cutis. Curandum est autem hac ratione qua flegma in genibus diximus oportere curari. Est & alia medicina. Lentes, quæ supra aquã natant, colligis atq; contundis, additaq; veteri axungia colligabis. Vitiũ exiccare [c] prohibetur. Si gamba vel armus [d] aliquo loco ex ictu aliquo tumere cœperit, cretam cimoliam & [e] lubricam ex aceto acerrimo [f] miscebis & oblinis.

[c] *perhibetur*

[d] *aut aliquis locus*

[e] *rubricã cum*

[f] *macerabis*

De gamboso. Cap. XX.

SIn gambosum factum fuerit animal, & recens passio est, de tibia sanguinem emittito, [&] lanam succidam circumligato. Caue ne fomentis aut cauterio tangas, utrunq; enim in tali curatione contrarium est. Malagma cruda vteris, tertio die semper soluis & curas. Cum videris animal profecisse causticum inducis. [g] Si quod iumentum coxam fregerit, aut supra gambam, scias non posse curari, quia partes istæ ligaturas tenere non possunt.]

[g] *M.s. non habet*

De his quæ læduntur à rotis. Cap. XXI.

SI iumentum aut rotæ, aut axis ictu fuerit elisum, in recenti lanam succidam ex aceto & oleo colligabis per triduum, post ficus [h] duplices & nitrum pariter tritum

[h] *cum nitro pariter tritas*

, 3. 14 Martial.

tum imponito; die tertio soluito ac renouato. Si nihil profecerit, malagma tetrapharmaci imponito per triduum. Si & ipsa tardauerit, imponito malagmā quæ dicitur Meliacinus, vsq; dum sanetur.

De Syrmatico, id est, quod coxā subito trahit. Cap. XXII.

SYrmaticum iumentum his agnoscitur signis: Prodiens de equili, vel de loco vbi steterit, coxam trahit, & transuersum vngulā inflexis coronis terræ superimponens ostendit, & syrmaticum [a] & ragidorū paleis quæ trahuntur] dicitur. Sed quamuis alienata horū, vel emota coxa videatur, si [b] super (tēperaueris pedes cessis) compellantur, continuò emendabitur gressus, & sine claudicatione rectus incedet. Et hac autem ratione contingit, si commissurā vertibuli ex corruptione corporis, vel perfrictione natus humor intrauerit, tunc se defundit ad neruos, & eos reddit immobiles, & velut alienatos, quæ hac ratione curantur: Sanguis ei de sub gamba detrahitur copiosus, in quo admisces sal, sulphur marinas cochleas, mannam thuris, [c] feclam, nitrum, baccas lauri, æquis ponderibus, contusa omnia atq; cribrata: vino quoq; veteri & oleo miscebis cū sanguine ipsius: quę vnctione præparata, post inflationem illius [d] coxas, calida in qua verbenę decoctę sunt, [e] interposito triduo diutissimè cōfouebis, pòst vnctionem renouabis. Si ex hac re plenam nō receperit sanitatem, vulnus vris cauterio in ipso vertibulo. Similiter scyaticis fieri cōsueuit. Quęcunq; autē de ozœnis, cæterisq; vitijs articulorum, vel de vngulis priorum pedum nunc dicta sunt, scias etiam in posterioribus debere seruari]

[a] *tragœdorum pileis dicitur.*
[b] *si super ipsum cessis.*
[c] *betam*
[d] *aqua*
[e] *coxam fouebis triduo*

De morbo alienato ex quo [f] infecta animalia moriuntur. Cap. XXIII.

[f] *arefacta*

ALienatum morbum authores vocauerunt, quoties hæc signa procedunt: Patentes oculos animal

habet;nec sentit hominis aduentum,quibus & labra,& ipsa orificia intumescunt[a] quasi ab aliqua bestiola contacta.] Quem morbum alij authores[b] orabum nuncupauerunt.[c] Est autem nequissima passio.Primo quòd pestifero transitu contagionem spargit in plurimos.Deinde quòd imperitos decipit [specie] sanitatis. Nam[d] refecta & bene curata animalia ex hac passione subito inflata moriuntur. Alienatus autem vocatur quòd animalibus eripit sensus,Malleus,quòd pestilentiæ[e] internociuum contagium facit.Plærunq; autem viscera interius vermibus consumit. Quorũ morsu pertuso aqualiculo animalia suffocata subito moriunt. Sed si velocior medicina succurrat,hac ratione saluantur:de ceruice sanguinẽ detrahis, potionẽ componis huiusmodi:[f] Gallici lib. vnã, hysopi lib. j.[g] abrotani librã semis,aristologiæ rotundæ lib.semis,mannæ succari vncias iij.trixaginis vncias iij.] Quæ omnia cõtundito & cernito,ex aqua mulsa copiosè decoques, & animal diebus plurimis potionibus ægrotum.[h] Sed quia plerunq; huius ægritudinis pestilentia transit in proximos, totũ gregem si inciderit, vt aut singulas heminas singulis digeras,potionare te cõuenit frequentissimis etiam suffumigationibus,stagnare pariter & curare, sicut in malleo superius constat expositũ. Quibus vsqueadeò mutanda sunt pascua, vt si fieri potest in alias transmittenda sint regiones.Nam qua transeunt in[i] lanis & in ipso anhelitu inficiunt vniuersa. Velocius aut curabuntur,si separata fuerint atq; translata.

[a] M. s. non habet
[b] ardum
[c] M. s. non habet
[d] referta
[e] internæ causa cibi
[f] Anagallici
[g] Croci vncias iij. Absinthij et strignij vncias iiij.]
[h] M. s. non ha.
[i] labore
[k] robosis
[l] rigidæ
[m] M. s. non habet

De[k] roborosis. Cap. XXIIII.

ROborosa passio dicitur, quæ animal rigidum facit ad similitudinem ligni, cuius hæc sunt signa: Totum corpus astrictum, extensæ sunt nares & aures[l] frigidæ, immobilis ceruix, os constrictum,[m] caput extensum, colligati armi vel crura, pedes etiam constricti vt nulla commissura flectatur.] Cuius caput si

erigere

lauis i.e. labis pro laboribus loq. Savaro ad Sidon. lib. v. epist. iii. pg. 307.

erigere[a] volueris, non poteris] oculi præcluduntur, spina[b] prærigida,[c] & ideo difficile erigit caudam,[d] vt eam flectere & mouere non possit, dura ilia, astricti sunt renes,] cubare penitus non potest.[e] Contingit autẽ hęc passio ex nimia perfrictione vel spasmo neruorum, vel tremore, vnde conteтanici dicti sunt. Plerunq; in hanc valetudinem incidũt, qui cum ab igne castrati fuerint negliguntur, & inambulantes frigore læduntur. Quorum nerui recenti dolore & frigore cõpelluntur, & spasmum patiũtur, & obdurescunt in robur. E diuerso etiã altius quàm expedit in pedibus vsta iumenta, vel quocunq; alio loco contactis neruis patiuntur spasmũ, & robur incurrunt. Ex nimia quoq; pruina, vel si in nimio frigore sudabunt, vel è calidis stabulis producantur in frigus, fieri adsolent roborosi. Sed si à posteriore parte fuerint cõprehensi, vt morbus desinat in lumbos, opisthotoni fiunt,] calefactionibus tamen, vnguentisq; curantur. Si quod verò robur à priori parte cõprehenderit, ita vt os aperire non possit, desperanda sunt.[f] quia cõstrictis dentibus, fame perire coguntur. Quæ autem ex toto corpore ęqualiter periclitantur, ita vt ex aliqua parte os valeant aperire,] tam diu vnctionibus calidissimis perfricanda sunt, donec sudent, coopertaq; sagis copiosissimè, loco calido statuũtur, ignisq; iuxta ea fieri consueuit sine fumo vt amplius sudent.[g] Surculos quoq; laureos validiores in os eorũ inter malas mittito, vt rodẽdo eos exagitent maxillas & calefiant. Fabas quoq; solidas cum baccis lauri mixtas ieiuno dabis. Aquam quoq; calidam offeres ad potandum. Ventrem ipsis cum mulsa calida, admixto castoreo, clystere purgabis:] oleum quoq; optimum cum succo ptisanę mixtum per narem sinistrã defundis: hordeum emolitum cum furfuribus admixtum dabis ad substãtiam, donec sanetur.[h] Aliquanti dixerunt oportere eos ære candẽti,

[a] voluerit, ter in girum.
[b] rigida.
[c] distendit &
[d] M.s. non habet.
[e] M.s. non ha-
[f] M.s. non habet.
[g] M.s. non habet.
[h] M.s. non ha-

m/s forte aëre pro cælo

Io ære. d[illegible] [illegible] [illegible] candenti in arena [illegible]

in arena candenti [illegible]

in arena fluuiali vel maritma colligatos obrui, ita vt caput eorum extet & nares, & tã diu detineri donec sudent. Sed ex suprascripta cura sæpe plures constat esse sanatos. Quòd si ex hac re nõ profecerint, vres eius ceruicem dextera sinistraq; decussatim, saccellationem ex furfuribus supra totum tergum calidum imponis per triduum, &] hac vnctione quotidie vteris in sole si caluerit, vel in calidissimo loco: Ceræ libram, afronitri libram, resinæ terbentinæ selibram, [a] galbani libram, castorei selibram, oppopanacis libram,] piperis vnciam, medullæ ceruinæ vncias duas, olei veteris [b] vncias duas & semis,] vini veteris optimi quantũ opus fuerit admisces & vteris. [c] Præsens tamen experimento remedium est, si picem liquidam cũ oleo & vino veteri decoquis, calentiq; medicamine iumentum perungis. Ex qua vnctione & auriculas cum oleo tepefacto oportet infundi, ut sanitas matura prouentat. Sed vt venæ corũ calefiant intrinsecùs, & conceptũ frigus exudet; necessaria potio est, quæ roborosos tetanicos, & epistotonos salubriter curat, [d] clabi seminis vncias ij. cimini alexandrini vncias duas, agallici, castorei, abrotani vncias singulas, trixaginis vncias duas, mannæ, croci vnciam vnam, succari vnciam, hyssopi vnciam vnam, piperis albi semiunciam, quæ omnia diligenter tunsa atq; cribrata redigantur in puluerẽ, ex quo bina cochlearia lassis & periculose se habentibus cum succo ptisanæ tepide propinantur: fortioribus verò cum vini veteris calida hemina defunduntur in os, nunquam tamen sine oleo propter leniendam potionis austeritatem, & cannalem faucium mitigãdum.] Alij auctores eiusmodi passionẽ hac dicunt ratione curandã: De temporibus sanguinẽ detrahes, excipiesq; diligenter iniecto nitri puluere, sale, atq; castoreo, animalia perfricari, & loco calido statui oportere, atq; hanc offerri potionem: lac caprinũ,

rutam

[a] M.s. non habet.
[b] quod sufficit.
[c] M.s. non habet.
[d] dauci.

rutã. baccas lauri, piper albũ, oleũ, & fabas solutas: hordeumq; etiã datur vt agitet edendo maxillas, die tertio de cauda sanguinem tollunt, & renes calidis vnctionibus fouent.[a] Interdũ etiam in balnea intromittunt animalia, vt diligẽtius cõualescant. Dant etiã quotidie potiones, fũstes quoq; vel de salice, vel de robore in os mittunt, ne maxillarũ vsus indormiat. Si melius habere cœperit, post duodecim dies coopertum exercebis vt sudet. Si ista nõ valuerint, vteris superius declaratis. Pleriq; asseuerãt, ficulneas frõdes roborosis oportere præberi, quæ naturaliter calent. Potionẽ quoq; per os dandã: opopanacis vncias ij. storacis vncias iij. gentianę vncias iij. mannæ succari vncias iij. myrrhæ scrupulum j. piperis longi scrupulos ij. cum vino veteri tepido, atq; ad cornu digerere.] Hac etiam vnctione ad curandum robur vel expellendum frigus vtuntur: Ceræ libram, resinæ terbentinæ vncias viij. opopanacis vncias duas, medullæ ceruinæ vncias duas, storacis vncias quatuor, baccarum lauri selibram, olei[b] pini prout opus fuerit: quæ omnia in vnum adiecta in aqua decoquũt, & perfricantes inungunt.

[a] M. s. non habet.

[b] hirini.

De hydropicis. Cap. XXV.

HYdrops non leuius animalia quàm homines frequenter infestat.[c] In talibus namq;[d] vitijs cum digestio ciborũ plena non prouenit, humor noxius perniciem corporis, tumoremq; consueuit inferre. Quã valitudinem hæc signa demonstrant: Turget venter & crura,[e] testiculi, scapulæ, latera, & tergus inflantur vsq; eo, vt nec in capite eius appareãt venę. Cui cum sub linguã tetigeris subruffiet. Hunc ambulationibus breuibus opertum grauioribus sagis donec sudet exercebis in sole, &[f] aduersum pilos per totum corpus postmodũ confricabis. Cibũ daturus radices cũ folijs suis, quia &

[c] vitalibus.

[d] vitiatis.

[e] scapulæ cum pedibus, lumbi.

[f] M. s. non habet.

purgationem faciunt & vitio medentur: fœnumq; cō
spersum aqua nitroq; prębebis, die ac nocte maceratos
lupinos in aqua, rursumq; siccatos prębebis in cibo. Ra
dicem quoq; cucumeris syluatici, vel folia. quæ ventrē
moueant, eidem dabis vt purges. Quæ curatio si tarda-
uerit sanitatem, euocādus est humor. Quatuor itaque
digitis ab vmbilico ad veretrum versus sagitta pungis,
& periconium ipsum pungis, sed caue ne intestina tan-
gas, & animalia perimas,] subijcis fistulam cētemalem,
& patieris humorem currere quātum æstimaueris ne-
cessarium, quem in vase excipies. Cum fistulam abstu-
leris, duo vel tria grana salis in plagam inseris, ne clau-
datur. Insuper & [a] pastillos imponis. Alia vel tertia die
[b] aposoresim quasi facturus, denuò fistulam appones,
humorem eijcies, donec [c] partes totas exiccet: tunc
vulnus curandum solenniter. potionesq; catharticas
per os dabis frequenter. Interdiu usq; dum sudet exer-
cebis. Quanto fortius esse cœpit, tanto diligentius est
curandum, & semper abstinendum à potu, ut tepidum
& modicum [d] ad sustentationem bibat tantum.]

[a] emplastrum.
[b] apopheresim.
[c] per partes totum exiccetur.
[d] substantiam bibat.

De sarcostis. Cap. XXVI.

S[e]Arcostis quoq; talis est passio: Iumētum cum bibe
rit inflatur & sufflat. hac cum ratione curabis: cine-
ris vel lixiuij sextarium vnum, seminis plantaginis vn-
cias v. conteres & cum vino dabis & oleo celeriter, usq;
quo resideat inflatio. Alij auctores asserunt ab umbili-
co duobus digitis contra pectus plagam fieri debere,
& fistulam poni, & educi humorem vel aquam noxiam
vsque ad sextarios tres, vel amplius, si maior est tumor.
[f] Sed cautius est per partes sæpe tollere, ne repentina
exiccatio periculum faciat. Potionibus vtēdum esse di
cunt, quæ vrinas moueant frequenter, etiam confrican
dum esse vt sudet, pro fœno gramēn accipiet, & pro
hordeo

[e] sarcosis.
[f] M. s. non habet.

hordeo ciceres infundi. Prodesse etiam dicunt si inter pigmentarios frequentissimè deambulat animal: quia diuersi odores latenter pulmonibus prosunt.] Potionem etiam huiusmodi dant: Petrosilinum & mala granata contundunt, & cum vino veteri per os digerunt. Apium quoq; quantum [a] appetere voluerit, offeres ad edendum. Asparagi syluestris radicis vncias ij. cũ vini veteris sextario [b] decoquis, ut ad tertiam redeant, [c] & ad heminam per os digeres.

[a] apponere volueris.
[b] decoques.
[c] ad heminam & per.

De Tympaniticis. Cap. XXVII.

T[d]Ympaniticus quoque [e] hydropico similis est, sed aliis agnoscitur signis: venter quidem eius crescit vt hydropici, & ceruix fit rigidior, sed nec testiculi, nec crura intumescunt. Conuenit itaque Tympanitico calidum cinerem cum liquamine optimo in panno, vel linteolo, vmbilico vel ventri subponere, & fasciis colligare, sed à [f] pluribus animal tenendum est, ne luctando moueat ligaturas. Radicem panacis [&] sil. gallicum pariter conteres, & cum oleo vinoque tepefacto per cornu faucibus digeres [g] Præterea tymum syluestrẽ & etargium in vino decoques, & singulas heminas per triduum dabis. Tympaniticum hæc signa demonstrãt: ciborum bibendique fastidium, exiguus somnus aut nullus, si per nares mucos cœperint emittere, desperandum est, si mundas nares habuerint, hac ratione curabis: cremorem ptisanæ & defruti binos cyathos per triduum dabis tepidos. Præterea hyssopi vncias 4. alei viridis manum plenam, palmas numero viginti, fœnigreci cyathos sex, aquam cisterninam & vinum odoratum vetus pariter misces, diligentissimè decoques, & in potionem per triduum dabis.]

[d] Tympanitis.
[e] hydropi.
[f] plurimis.
[g] M.s. non habet.

De Lienosis. Cap. XXVIII.

[a] deijciuntur.
[b] M.s. non habet
[c] cum eo.
[d] M.s. non habet.
[e] olei cyprini.

Lienosi,vt manifestum est periculum, ita manifesta sunt signa. Nam oculi [a] inuertuntur & suffusi sunt sanguine,tardius ambulant,collum habent extēsum & fit deterius & rigidius. Quæ passio principium indicat roborosi [b] quorū latera intumescunt,siue ceruicis media spina ad similitudinem aluei fit concaua, astringūtur aliquando maxillæ, quod vitium consueuit inferri ex nimia perfrictione,cum animalis dorsum aut frigore,aut pluuia, aut grandine cæditur,aut nubibus.] Cuius ista curatio est: De cauda parū sanguinis demis. Nā si amplius tuleris infrigescet,& rigori additur rigor,admisces [c] in eum merū, & oleum,& calefacies, & statim hac dorsum & ceruicem perunges. [d] saccellum quoq; ex furfure calidum impones, ut totam spinam tenere possit & lumbos,altera die exterge bis diligenter & vnctione eadem perfricabis,supra quam similiter cum furfure calentem saccellum imponis,hoc vsurus vnguēto:medullæ ceruinæ libram vnam,mannę thuris vncias quatuor,depli vncias tres,castorei vncias tres,opopanacis vncias tres,resinæ frixæ vncias iij.apoximæ vncias iij.resinæ terebentinæ vncias ij. ceræ libram semis, olei laurini vncias viij. [e] sæpi caprini libram,olei glaucini sextariū j. ex his sicca quæ fuerint tundis & cribras, cætera super carbones soluis,quibus cretam admisces, & leuiter decoquis in vase nouo,vncturus cum necessitas postulauerit,reponis ac seruas. Hac quoq; potione intrinsecùs curabis: absynthij vnciam j. aristologiæ vncias iij. betonicæ vncias ij. petrosilini vnciam j. & semis, trixaginis vnciam j. thuris masculi vncias iij. castorei vncias ij. mannæ succari vncias ij. cōtundis pariter,& ex aqua mulsa & oleo diffunde per fauces, absque dubitatione curabis. Alij auctores asserunt sanguinem de brachiolis.

lis auferendum, & animal abſtinendum ab hordeo; oleum, nitrum, marrubium, ſanguinem de brachiolis æquis ponderibus tritum cū abſynthio pontico & vino auſtero per os dandum, & cum biberit deambulet, & ſpongijs calidis foueatur, & preſſa manu diutius perfricetur. Si ventris permāſerit tumor, pectus cauterijs inurendū eſt. Poſt quinq; dies ternos digitos ſubijcis hac atq; illac inurendum eſt iterum: obſeruabis autem ne venas fortè comburas.

De Implecticis. Cap. XXIX.

IMplecticus autem quia ſimilem ſuſtinet paſſionem, perfricandus eſt vnctione ſuperiùs memoratā, & ſi neceſſitas poſtulauerit, inurendus.

De [a] Phragmatico. Cap. XXX. [a] *emphragmatice.*

SI phragmaticum erit iumentum, his agnoſcitur ſignis: febricitabit, oculos introrſum reducet, aures tenſas habebit & rigidas, terram pedibus tundet, quod hac ratione curabis: Sanguinem detrahas de matrice, adiunctoq; oleo & vino tepefacies, totumq; iumentū contra pilos diligentiſſimè confricabis, loco tepido ſtatues, & curaſti.

De eo qui aquam timet. Cap. XXXI.

ALiquando iumenta aquas timent, quæ dicuntur, [b] Hydrophoba. Signa huius hæc ſunt: venas omnes habebit extenſas, ſudabit ſuffuſis oculis, tremorem [c] frendoremque patietur, illidet ſe parietibus: ex qua paſſione conuerti conſueuit in rabiem. Cui hac ratione ſuccurris: Sanguinem ei de [d] femoribus detrahes, à cibarijs abſtinebis, in loco ſic clauſo ut lumen videre non poſſit, conſtitues, magno ſilentio

[b] *hydrophobica.*
[c] *frigoremq;*
[d] *inferioribus.*

[a] *fistula.* [b] *audiat.* [c] *libram semis.*

aquam in [a] situla vel alueo ita apponis vt [b] non audiat sonitum, manipulum rutæ deterito, & baccas lauri xv. olei rosati [c] libram, aceti vnciam 1. cõmisceto, caput & nares diligentissimè perunges, & sanabitur.

De Spasmoso. Cap. XXXII.

SPasmum certum est animalia sustinere. quæ necessitas his declaratur indicijs: Subitò concident, & articuli eorum extensi sunt, & toto corpore palpitant, aliquando etiam de ore spumam emittunt. Quibus escã dabis pusca nitroq; conspersam, cucumeris quoq; syluatici puluerem, & nitrum tritum per septem dies in potione dabis vt purget. Sanguinis quoq; [d] marinæ testudinis dimidiam cotylam, aceti tãtundem, [*vini tantundem*] laseris aliquantulum pariter misces, & suffundis in nares. Vtile dicitur terga eorum oleo & aceto & nitro frequentissimè confricari.

[d] *maximæ.*

De Epilepsia. Cap. XXXIII.

QVadam ratione lunari animalia sicut homines frequẽter corruunt, & intermoriuntur. Quorum ista sunt signa: Iacentia cõtremiscunt, saliuæ per os defluunt, desperata pro morituris [e] frequenter consurgunt, & pabula appetũt. Cartilaginem naribus eorum digito tentabis, quanto frigidiorem inueneris, tanto [f] plus casurũ scias.] [g] Si minus frigida fuerit, rarius cadet. Cuius ista curatio est: De ceruice eius copiosum sanguinem tolles, post quintum diem de temporibus, loco calido tenebrosoq; constitues, totũ corpus thermanticis confricabis vnguentis, cerebrum quoq; eius & auriculas pice liquida cum oleo laurino admixto largius perunges, & mittes intrinsecus, caput etiam aluto & cerebellari cõmunies,] potionẽ autẽ catharticã dabis eiusmodi: Rad. sileris vncias ij. panacis radicis vnciã 1. diagridij vnciã 1. cum cucumeris syluestris vnciã.

[e] *repente.* [f] *periculo propinquius est.* [g] *M.s. non habet.*

quæ

quæ omnia bene contrita commiſces, cum mellis ſexta rio j. decoques, ex quo cochleare plenum in aquæ calidæ ſextarium, & olei[a] drachmas iij. mittis] & per os defundis. Caput quoq; eius ſæpius curabis. Radicem dianã riam, id eſt herbæ artemiſiæ, in puluerem rediges, & per fiſtulam naribus inſufflabis. Radicem quoq; laſeris tunſam ſi naribus defuderis, eadem ratione proderit. Si autem paſſio perdurauerit, caput eius vres, vt apioſo fieri conſueuit.

[a] *vnciam vnã, miſce*

De eo qui aqua remouit. Cap. XXXIIII.

ANimalia ſæpe aquam reuoment quam biberant. Quæ paſſio è nimia[b] perfrictione deſcendit, cum ſtomachus paralyſim ex frigore ſuſtinuit. Sed hac ratione curantur. Sanguis de ceruice detrahitur, potiones[c] thermantice propinantur, vnctionibus calidiſſimis armi pectusq; confricantur, purgatur per nares caput, & ſi neceſſitas poſtulauerit, etiam ſinapizantur.

[b] *præfocatione*

[c] *tragmantica*

De ſideratitia. Cap. XXXV.

SIderatitia iumenta dicuntur, cum venas vacuas perculſerit frigus, aut æſtus, aut impleuerit cruditas, aut iejuna[d] bulimum fecerint. Redditur enim ſtupidum animal, & titubans[e] ambulat. Quod mollibus cibariis, lenibusq; potionibus curari oportebit, ita, laſeris vnciam j. & heminam mulſæ, ſuccumq; ptiſanæ [heminam] miſcebis. Et ſi ex frigore cauſa eſt, cum vino & oleo tepido dabis.[f] Si ex æſtu, cum roſato præbebis. Si ex cruditate, abſtinebis à cibo. Si de bulimo, ciceres offeres largiores.

[d] *ab alimentis fiunt*

[e] *cum ambulauerit*

[f] *M. s. non habet*

De percuſſo à ſole. Cap. XXXVI.

SOl quoq; canicularis ardentior, animalia percutit in cerebro, quibus de temporibus ſanguis emittitur, & ſimili ratione curantur. His autem oſtenditur ſignis, quia deiectum caput portare coguntur.

De cruditate. Cap. XXXVII.

[a] alteram

[b] compellente

CRuditas iumentis generat ægritudinem, quæ hac ratione dignoſcitur: modo in vnam partem, modo in [a] aliam ambulantes inclinant. Quorum iſta eſt medicina: Sanguis eis de ceruice detrahitur, à potu & cibarijs abſtinentur. Si æſtas eſt, refrigeratorias accipiant potiones, non parum natura [b] compellitur.

De Bulimo. Cap. XXXVIII.

[c] oculi interius

[d] eſt viſus, corpus tremit.

[e] et micā panis puluerisa tum vino infundis, & ſic liquidū faucibus infundis, & curabitur

[f] ſileris

[g] M. s. non habet

BVlimum animalia ſuſtinent frequenter ex fame, frequenter ex laſſitudine. Cuius iſta ſunt ſigna: [c] Anterius fugiunt, incertus [d] effuſus, tremebit. Quæ hac ratione curanda ſunt. In primo omnium defricetur ex vino oleoq; tepefacto, [e] cum mundis mollem partem vino infundis & cum eodem confricabis. Si ilion fecerit, per cornu digeres & reparabitur.] Quod ſi permanſerit bulimus [f] ſimile heminam cum ſextario vini infundes & [g] per cornū digeres.] Quod iter egerit inciderit bulimus, vbi neceſſaria deſunt, terram faucibus infundes, aut oſſas facies, & per os digeres.

De Anhelitu. Cap. XXXIX.

[h] curabitur

QVòd ſi ex anhelitu inflationes contigerint, cuius cauſæ rationes reddi nō poſſunt, puſcam calidam cum ſpongia cerebro eius appones & pectori, in aures eius oleum laurinum mittes, frigidiſſimo loco eum conſtitues, nares quoq; titillabis vt frequentius ſternutet, quo facto, ſtatim [h] exhilaratur.

De æſtu. Cap. XL.

[i] ſileris

SI æſtuauerit animal & defectionē patietur, braſſicæ folia cū apio contundes, & cū vini ſextario permiſcebis, & per narē ſiniſtrā infundis. Si verò fortius æſtuauerit, petroſilini, daucij, [ſementa] [i] ſillis gallici, abrota-

ni, ſpi-

ni, ſpicę nardi, ſinoantis,] æquis ponderibus tunduntur, & cum aqua mulſa data, æſtum releuant. Quòd ſi his ita membra defecerint vt cōcidant, quibuſdam placet abſtineri eos à potu, & ſitientes in aqua frigida vna hora ſtare, & continuò reparari. Alij dixerunt hordeaceam farinam cum vino per cornu faucibus infundi. Plæriq; experti ſunt triticeã farinam cum aqua frigida datã continuò profuiſſe. Vel certè tria oua cruda cũ pulegio & puſca, oleoq; permixto, faucibus infundunt.

De Paralytico. Cap. LXI.

PAralyſim ad ſimilitudinem hominum iumenta patiuntur, quæ his oſtenditur ſignis: Ambulabit[a] pronus in latere ad ſimilitudinem cancri, ceruicem incuruabit vt ſolent habere quibus fractę ſunt, rectos pedes [*mittere*] non ponent[b] ſic ægri parietibus ſe illidunt, cibum & potum non recuſant. Hordeum autem ipſius [c] vdum ſemper apparet. Hac ratione curabitur: Sanguis ei de temporibus parte contraria non quà [d] contractus eſt tollitur, vnctionibus[e] thermanticis perfricatur, ceruicesq; eius conſtringuntur vſq; eo, vt cratellis ex [f] lignis impoſitis conſtricta ceruice prauitas dirigatur,] Loco autẽ calido ſtabulatur ſicut roboroſus. cui [g] ipſæ potiones dantur. Si[h] parum in totum iſta medelarũ adiumenta profecerint, ceruices eorum vruntur, nõ quà contractus eſt, ſed ex parte cõtraria de cautere accipit palmas ab armo vſq; ad ceruicẽ, auriculæ & in tempore vritur ad menſuram ſemiſſis. In alia autẽ parte temporis quaſi ſtellam paruam cauterio facies, & in parte renum vſq; ad mediam ſpinam virgulas dabis ſolenniter, & curaſti.]

[a] *prauus, vel curuum*
[b] *Si coegeris* [illegible]
[c] *ſolidum*
[d] *patitur*
[e] *tragmanticis*
[f] *ligno appoſitis cõtractà ceruicis prauitas corrigatur.*
[g] *eadem*
[h] *M. s. non habet*

De intrinſecus rupto. Cap. XLII.

IVmenta nimio ſaltu, vel curſu aut ruina, cum aliquid ruperint,[i] vulſant, quorum iſta ſunt ſigna: Strangu-

[i] *patiuntur & tuſſiunt*

riam patientur, excreabunt etiam purulentum, & quoties volutata fuerint non reuoluuntur, nec se excutiunt. [*Et*] si recens ruptura fuerit, sanguinem magis excreabit quàm pus. Quæ curantur glutinosis & lenibus cibis. Talem etiam accipiunt frequentissimè potionem: Thuris masculi vnciam j. [a] opij vnciam j. heliotropij vnciam, quod intybum agrestem uocamus, rutæ vnciam j. quæ omnia diligenter trita cum vino austero quatuor mensuras [b] adijcies, & per dies singulos dabis ad cornu, donec quæ intus rupta sunt glutinentur.

[a] *M. s. non habet*

[b] *Atticas*

De insania Cap. XLIII.

SEd animal nonnunquam inuadit insania, vt præsepium frangat, seseq; morsu laceret, impetus etiam in homines faciat, [*vt fera*] auribus micat, oculis [*erit*] attentis & splendidis, & ex ore egerit spumam, quē cautè ne medentem lædat, diligenterq; constringito. Sanguinē ei de ceruice & de cruribus trahito, rursumq; in tenebris contineto, donec appetat cibum. Cum cœperit ad patientiam reuocari, succum cicutæ vno acetabulo, & aquę vnam heminam admisces, & per os defundis. Pòst rutam conterito, & supra cerebrū ponito, [c] caputq; lanata pelle cōstringito & curato, & cum profecerit, eadè stabuletur. Talis quoq; potio equis subuenit rabiosis: Baccas lauri nouem, & alei purgati grana viginti & vnum, diligenter conteres, & cum vino veteri candido per narem sinistram inijcies.

[c] *M. s. non habet*

De Pletura ex hordeo. Cap. XLIIII.

SI animalia dum sudant hordeum comederint, vel ipsum hordeū nouū fuerit, quia vehementius calet, vel copiosius quàm oportet ociosa pascūtur, absq; dubio indigestio & pletura comitabitur. Quę passio his agnoscitur signis: Sudabit, [d] Ligati erūt armi, ambulabit incertum

[d] *in loco vbi sunt*

certum: Sanguinē ei de ceruice detrahes, aceto oleoq; permixtis, totum corpus diligentissimè confricabis,[a] leuibus ambulationibus exercendum est, & ab hordeo penitus abstinendū.] Cui eiusmodi subuenit potio: Brassicæ folia contundis, succumq; exprimis, & myrrhæ puluerem, & parum liquaminis, & vinum vetus optimum misces, quod per triduū per os defundes, ita digestio & sanitas consequetur.[b] Aliquanti præcantatione tentāt afferre remedia, quæ vanitas ab aniculis solis diligenda est: cum animalia sicut homines non inanibus verbis, sed certa medendi arte curentur.]

[a] M. s. non habet

[b] M. s. non habet

De paßione pulmonis. Cap. XLV.

PVlmone vt integri præstant[c] substantiam vitæ, ita vitiati periculum afferunt mortis, quorum dolor manifestis declaratur indicijs: stertet, tussiet grauiter, & excreabit purulentum. Si ægritudo longior fuerit, de[d] prioribus claudicat pedibus, grauem fœtorem naribus expellit, difficile se collocat,[e] sed febriens præsepio incumbit, corruptum assellabit. Aliquando in corpore ipsius similia furunculis tubercula nascuntur.][f] Quorum ægritudo difficilis est, sed hac potione curanda] thuris masculi vncias[g] tres, hyssopi vncias ij. folij[h] vnciam j. mannę croci vnciā j. myrræ vncias ij. [*hyssopum*] diligenter tundis & cribras, ex quo puluere vnū cochlear cum tribus ouis & aqua temperabis & diffundis per os. Si cibum non appetit,[i] pro aqua lac caprinum miscebis, & addito mellis cochleario propinabis. Succum quoq; ptisanæ cum oleo rosaceo, & puluerem superius comprehensum cum ouis per os dabis ad cornu. Offas quoq; ex duobus sextarijs farinæ triticeæ, & vno sextario erui pollinis facies, quibus admiscebis ex suprascripto puluere quinq; cochlearia. Sed septenas offulas diebus singulis digeras, quas quotidie ad substantiam dabis, do-

[c] *suffragia*

[d] *posterioribus*

[e] M. s. non habet.

[f] *Quæ ægritudo difficilis hac & curator*

[g] *duas*

[h] *trifolij magni, croci ana vnciam vnam*

[i] M. s. non habet

nec cibos tentet appetere. Cui omnem escam propter fastidium viridem oportet offerri, & contrario, lenticulam cum tritico vel hordeo torrefacto, cum palea dabis, vt quicquid ex diuersitate ciborum voluerit eligat. Lac tamen recens cotidie ei conuenit dare. Deambulet plurimum, vbi cœperit conualescere ad exercitium reuocandum est. lac si defuerit, aquā in qua eruum prius lotum die ac nocte permanserit dabis in potu. In causa pulmonum de ceruice vel de palato his sanguis aufertur, quibus (nec) fastidium euenit, sed fortiora sunt corpora. Cineres quoq; vlmi loti & infusi aqua cum vino veteri optimo odorato heminas singulas misces & dabis. Quòd si vehementius vexatum ægritudine, transiuit in morbum: Radicis lentisci drachmam, thuris vncias ij. murræ drachmam, succari semiunciam, contere diligenter, & cum vino suffunde. Sunt & ista remedia: Vua alba in os equi frequenter exprimatur, semen radicis datur in vino, amygdalę frixæ cum aqua offeruntur. Sed est alia efficacior potio.] Cardamomi [*costi, iringij radicis, casiæ ana*] vncias ij.[a] cassiæ vnciam, storacis vnciam j. quæ omnia[b] si ualidior & sine febre erit cum vino, si febriens cum succo ptisanæ per os dabis.

[a] *Cinamomi*
[b] *tunsa, si frequenter suspirat*

De orthopnoico, id est, plagio rigido. Cap. XLVI.

ORthopnoicum iumentum his agnoscitur signis: etiamsi trahatur ambulare detrectat, anhelat grauiter, frequenter suspirat, runchos ducit, ilia suspendit, dum manducat tussit. [c] Ex quo vitio difficile liberabitur, licet in longum protrahat vitam. Pulmo enim corū contrahendo se comburit, vnde & macies cum morte insequi consueuit.] In recenti tamen hanc curā festinanter adhibebis: Sanguinem de pectore detrahes, & mero oleoq; permixtum atq; calefactum perunges. Lixiuium quoq; cineris diligentissimè cretum, cum oleo optimo tempe-

[c] *M. s. non habet*

temperabis,& per nares diebus quinq; cōtinuis[a] eidem digeres. Potionem quoq; dabis postmodum: Sinapis Alexandrini frixi,& sulphuris viui,& myrrę, cardamomi species, æquis ponderibus contundis & cernis,& cum melle [b] optimo decoquis. Ex quo medicamento ad magnitudinem nucis cum vino nigro calido dilues, & quotidie per os potionabis. [c] Alij verò myrrhæ vncias ij. sulphuris vnciam j. nitri semiunciam, picis liquidæ pusillum deterunt, additoq; melle & vino vetere odorato, candido, per nares sæpius infundunt. Curabis autem ne algeat, temperabis exercitationibus vt sudet: & non solum in potione, sed etiã in fœno nitrum cum mellicrato aspersum semper accipiat.]

[a] immittes.

[b] attico

[c] M.s. non habet

De [d] Epistotono. Cap. XLVII.

[d] Opistonico

EPistotoni quoq; similis passio declaratur. Orthotonicus qui totus est rigidus, Epistotonus cui in posterioribus partibus morbus insederit. Cuius ista sunt signa: Aures ([e] rigidas) habebit, collum extensum, oculos minores, tensa pellis in facie, labia grauia, vt oscitare & [os] aperire vix possit, cibum potumq; fastidiet, cauda rigida, gressus incertus, membra distensa, [f] difficile progreditur, & frequenter in posteriorem partem cōcidit, vnde Epistotonus nominat. Quod genus passionis hyeme curare difficile est, æstate autem si diligentior fueris obtinebis. Quæ passio per æstatem his nascitur causis, si iumentũ ardentissimo fuerit sole percussum, vel si in itinere priore claudicans pede, coactum fuerit ambulare vel currere, & vehementius sudauerit, & ex sudore vel armum læserit, vel supra ipsum iacuerit vt armus indormiat. Hyeme autem cum de itinere vel de exercitatione venerit, & cũ sudore steterit sub diuo in frigore, aut in loco (recēti) vel humecto, aut marmorato, aut tessellato, vel si frigore maxillæ obdormierint, tunc ista ægritudo contrahitur. Cui hac ratione tentabis succur

[e] frigidas

[f] M.s. non habet

rere: Adipis porcinæ veteris lib. ij. resinæ terbentinæ selibra, piperis triti drachmam, ceræ libram, olei veteris sextarios ij. pariter decoques, & calidissime totum animal perunges. Multi eruum decoquunt, calentemq; aquam capiti ipsius languentis imponunt. Alij in stercore ipsorum calido obruunt ægrotantes, vt languor exudet. Plæriq; colligatis iumentis commodum credunt renes sole feruēti bene cooperiri.] [*Quibus*] Hæc quoq; potio traditur salutaris: Piperis triti grana [a] xx. cedri pondus denarij, nitri [b] vnciam j. mixturæ laseris [c] tyrrhenici globulum ad magnitudinem fabæ, trita atq; permixta, addita [d] liquaminis floris hemina, & vini veteris [e] summi sextario bis in die per os digeres. Expertum dicitur, sanguinem bubulinum calidum & fumantem, sed moderatè per cornu faucibus infundis. [f] Quod si fortè defuerit, thuris cribrati & salis triti ternas vncias cum vino optimo prodesse dixerūt. Calidis medicamentis animal expedit dum sanetur perungi. Adipis quoq; porcinæ recentis coctæ quantum existimaueris cum oleo optimo & vino summo & melle commisces, & ad carbones semper decoques, ac per nares infundes. Malagma quoq; de calidis speciebus in carbonibus cum oleo cyprino vel communi, sed veteri, abluitur, & perungitur. Post curam operitur sagis, & in sole calido exercetur à sessore, & repedens dum sudet. Pòst sabanis validioribus abstergetur, & denuò vnctum operitur, pice quoq; liquida admixto oleo perungendum, non tamen nimia pix sit, ne corium lædat.] Nonnulli iam [g] ualidioribus de ceruice sanguinem detrahunt. Pleriq; in balneum ducunt, calidissimis potionibus curant, id est, lasare & cymino, aniso, oleo, baccis lauri, ex quibus quotidie aliquid cum vino ministrant. Vnctionibus quoq; istis vtuntur: Ceræ lib. resinę vncias iiij. [h] opopanacis uncias ij. medullæ ceruinæ vnc. iij. olei storacini vncias iij.] olei laurini vnc. iiij.

quæ

[a] decem
[b] cotulā vnam
[c] cyrenaici
[d] olei
[e] M. s. non habet
[f] M. s. non habet
[g] dicunt sic curari.
[h] M. s. non habet

quæ omnia decoquũt, & in sole aut in loco calido perungunt. Alia quoq; vnguenti compositio talis est: Baccarum lauri sextariũ j. cymini sextarios ij. sulphuris viui vnc. iij. resinę vnc. j. galbani vnc. iij. olei sextarios ij. quæ omnia decoques & vteris.

De Lethargico. Cap. XLVIII.

Lethargici quoq; iumẽti ista sunt signa: Iacebit semper & dormiet, neq; cibum appetit neque potum, cum excitatum fuerit continuò aggrauatur, & se proijcit, & [a] macescit, & quancunq; ei dederis potionem tanquam dormiens vix suscipit: quod hac ratione curabis: Substernito in stabulo vbi [b] stat, vt bibat ibi, cui caput fomentabis ex calida [*cum*] pulegio decocta, postmodũ perunges oleo cũ adarce trito, ita vt caput eius & aures infundas, [c] ea vsurus potione: camomillã Illyricã, (idẽ nos trace) & herbam artemisiam in aqua decoquis, ex qua quotidie ei binas cotylas propinabis. Cui & pedes priores frequenter fomentabis calida. Solet enim hæc passio adstrictius ad rectum pedem contingere. Est quidem periculosa passio atq; curatio: cuius ista sunt signa: Oculi eius lachrymabũt quasi lippiant, in præsepio dormitans incumbit, à posterioribus ambulans nutat, & totum grauatur. Cui sanguinem detrahes de pede priori dextro, & de femore sinistro, ex quo eum perunges. Herbam artemisiam contundes, & cribratam dabis cum lixiuij sextario, & olei cyathis duobus per triduum, quarta die intermittes. Quod si cibaria non appetit, ([d] bolũ ex melle) & aqua tepida comedat, & aquã bibat. Si minus profecerit, lini semen cum aqua in olla decoques, & heminas singulas per dies singulos dabis ad cornu, addito melle, quantum sufficiat. Quæ potio etiam febricitantibus prodest. Lethargicum animal frequenti exercitatione prohibendum constat à somno. Assidua

[a] *inhorrescit.*

[b] *stratũ cubet.*

[c] *M.s. non habet.*

[d] *eruum mellitum.*

unam duos tres unam tres da

quoque iniungenda est deambulatio si anteriores pedes eius miseris in fomentum. Nam furfures sale & aceto permisces, & calentes vngulis impones, farinā quoq; triticeam cum tritis salibus & posca sextario vno, faucibus infundes, herbam artemisiam tunsam cum oleo & modico lixiuio dabis ad cornu, abstinebis ab hordeo, fabę solidę sextariū porrigis vt vigilet, donec duriores edomet cibos.] De ceruice sanguinem ei detrahes. [a] Depletum hac ratione curabis: [b] Afronitri vncias tres, gallæ syriacæ vncias duas, spicenardi vncias duas, radicis capparis vncias duas, tunsa & cribrata permisces, & terna cochlearia in sextario aquæ tepidæ dabis in potu. Nunquam frigidam nec nimium calidam sed tepidam [& puram] ad bibendum semper accipiat. Assiduè flagello excitandum aut voce, vt vitium timore deponat.

[a] Repletum.

[b] *Triti pontici vncias quatuor, calami syriaci vncias iij.*

De Morbo Regio. Cap. XLIX.

SI quod iumentum morbum regium habuerit, his agnoscitur signis: vtrique oculi virides sunt, & ceruicem inclinatam habebit, [in] dextra parte & pede ([c] dextro etiā) sinistro videbitur claudicare. Cuius curatio est ista: loco tenebroso, vbi lumen videre nō possit, clauditur, & operitur sagis ita, ne oculi eius aperiantur in die, oleo & vino tepido vngetur atque fricabitur, [d] lapides molares non minus pondere quinque in ignem imponuntur, animalis caput copulatur ad pedes, cum bene canduerint, sub eius naribus apponuntur, perfuso oleo suffumigatur os, nares & oculi, vt morbi virus exudet. Quod per septem dies continuè est faciendū.] Tali etiā ratione succurrimus: sanguine caprino & lacte ouillo, ana gallico costo, oleoque pariter admixto potio conficitur, quæ per dies duodecim datur.

[c] *M. s. non habet.*

[d] *M. s. non habet.*

De bili, id est, [a] coleribus. Cap. L.

[a] colera.

SEd interdum [b] biles, quæ coleræ appellãtur vulgo, solent iumenta vexare. Quæ passio his declaratur indicijs: commouetur ac volutatur ut [c] strophosus. Sanguinem de ceruice emittis: Daturus eiusmodi continuò potionem herbæ tritaginis nigræ [d] unciam semis, mannæ succari vnciam vnam, nitri [e] vncias duas, altei vncias ij. vini optimi sextarium vnum, cõteres, [miscebis &] ex aqua mulsa heminam vnam per sinistram narem infundes.

[b] de bili, quæ colera appellatur. [c] stropho. Cui. [d] vncias sex. [e] vnciam vnã.

De bili arida. Cap. LI.

QVòd si aridam bilem habuerit, myrtum agrestem cum vino contritam per narem dextram defundis, pro hordeo far triticeum dabis. Potionem ipsam tẽperabis ex aqua.

De coli passione. Cap. LII.

COli passio grauissimos cruciatus iumentis consueuit inferre, ita vt cardiaci aut strophosi esse credantur, sed his agnoscitur signis. Cũ stat, repẽte concidit vt arreptũ putes, si [f] satis suspẽsum fuerit dolor subsequitur, & iacet nonnunquam, cum frigidam aquam acceperit tremit, sudat, anhelat. Cui hac ratione succurritur. Anisi pontici vnciam j. petrosilini vnciam j. fœniculi seminis vnciam, piperis nigri vncias ij. marrubij vnciam j. abrotani vnciam j. anethi [g] vncias iij. libistici ℈ iiij. centaureæ minoris & maioris vncias ij. [h] scametris semivnciã. [i] eupatoris ℈ iiij. gingiberis vnciã semis, pulegij [k] semiunciam [l] rutæ vnciã, apij vnciã semis pariter contũdes & cernes: tũc mellis optimi põdera duo cocta & despumata cũ omnib. misces, ex quo medicamento ad magnitudinem nucis auellanæ cum aquę tepidæ sextario dilues, & per os infundes, certissima medicina est.

[f] cadens. [g] vncia semis, leuistici vnciã vnam, centaureæ. [h] camedrij. [i] siluij vncias quatuor. [k] caprini vnciã [l] rutæ, apij seminis ana vnc. vnam.

Quòd si dolor perseuerauerit, fœniculi seminis cochlearia v. bene trita cũ vino syncero sed cibario, sextariũ dabis. Præterea [a] panis aliquantulum & pelliculam, de ventre pulli siccatã in furno & trita cum vino dabis.

[a] piperis.

De Vomica. Cap. LIII.

VOmicæ plerunq; animalibus nascũtur intrinsecùs. Cuius passionis signa sunt ista: cum accubuerit difficile surgit, os ei grauiter olebit, incumbet in eo loco à quo vexabitur, tussiet, & purulentum excreabit interdũ. [Cui hæc da] thuris vncias ij. aristologiæ [b] vncias ij. in vno cum vino tepefacto per nares digeres. Item sulphuris viui vncias ji. aristologiæ vnciam semis similiter dabis, cibo autem maximè sustentandum est, vt habeat corporis nutrimentum,] & cum ruperit vomicam cauterijs circa pectus aduris, vt facilius prouocatus humor emanet.

[b] vnciã semis. puluerisa, cibo maximè susten ta, vt nutriatur.

De [c] Coriagine. Cap. LIIII.

PAssio quam græci [d] ceedermiam vocant, latini coriaginem appellant. Cuius ista sunt signa: macescit, & sine febre non erit, corium illius adhærebit costis, spina fit durior, in dorso eius nonnunquam furunculi exire consueuerunt, magis etiam quam adsueuerat appetit cibos. Cuius ista curatio est: thymum & sales cum vino rubro conteris, & tubera, si qua in eo sunt, confricas. Parabis etiam aliam vnctionem: picem, cerã, resinam [e] cabialem, & thuris pollinem ex oleo veteri temperabis ac decoques, totum animal cõfricando diutissimè perunges. Sed parum est vnctione corio mederi, nisi potionibus & intrinseca curetur: piperis albi triginta grana, myrrhæ [f] semiunciam, vini odorati veteris cotylam, olei viridis cyathum vnum admiscebis & per os digeres. [g] Item fasciculos rutæ viridis atq; purgatæ, opopanacis & cotylam vini & olei viridis cyathum admisces & dabis

[c] cardiaca.
[d] cardiacam.
[e] ticulam,
[f] vncias sex.
[g] M.s. non habet.

& dabis in potu. Quod vitium ex perfrictionis iniuria, aut ex coactione alicuius necessitatis descẽdit. Aliquanti suis non vetulæ sed nouellæ sanguinẽ vino permixto ad cornu faucibus digerunt, ignorantes si plus sanguinis fuerit continuò animal interire. Cautius est hac magis potione curare: cepas germanas & semen rutæ pariter admisces, & deteris, ex quo vncias tres, cum vini cotyla per dies singulos dabis, vsurus curationibus quæ conueniunt roborosis.]

De [a] stomachico. Cap. LV.

[a] sinthesi

S[b]Yntaxin animalia patiuntur & homines: quæ[c] valitudo his declaratur indicijs: cotidie tenuant, & macie ossa eminent, multum manducantia esuriunt semper, quicquid inuenerint tentãt fame cogente corrodere, durum stercus emittunt, trahunt longam ac miserabilem vitam, vt nec surgere valeant. Sed iacentia fatigata, multumq; manducantia fame moriuntur. Omnis enim esca quam sumpserint ad stercus, & omnis potus conuertitur in vrinam, [d] nullus ex his succus, nullum alimentum peruenit ad medullas. Propterea quod stomachus eorũ nimio rigore perstrictus, nec coquere poterit, nec epati aliquid propinare, in quo tota virtus ad nutriendum corpus per dispensationem ciborum sanguis præparatur. Tabescit semper iecurq; eius minuitur ad similitudinem arboris, quæ radicibus ex maiori parte præcisis, cum à paruulis aliquandiu sustentata portauerit frondes, celeriter exarescit.] Quorum manifesto periculo hac ratione tentatur occurri. Inter principia facies vnctionem, ceræ libras duas, resinæ terbentinę libram, medullæ ceruinæ libram, axungiæ veteris sine sale libram, [e] propulegij selibram, iris illyricæ libram, sambuci libram,] olei laurini quantũ satis fuerit, decoques carbonibus lentis & ad ceroti mollicie [f] perlocabis, cui

[b] Sinthesin
[c] liquidò
[d] M.s. non habet
[e] populei lib. j. Sem. maluæ lib. sem. samsuci libram semis
[f] præcolabis

adhuc tepenti misces puluerem iris illyricæ & cretæ cimoleæ, donec infrigescat agitabis. Ex quo medicamento totum iumentum perunges, & multorum manibus confricabis, donec calefiat & sudet. Quod interposito triduo conuenit fieri, ita vt coopertum animal sit & cotidie paulatim exerceatur, vt digerat. Cui hæc præparabitur potio: abrotani vncias iiij.[a] santonici vncias iiij.[b] trixaginis vncias iiij. camepiteos vncias iiij. gentianæ vncias duas, murrhę vncias j. opopanacis vncias ij. eiusdem radicis, succari] semiunciam, rutæ [c] aliquantulũ, omnia bene tundis & cribras, ex quibus duo coclearia in vino veteri decocta cum succo ptisanæ in qua[d] atro decoctũ est, admiscebis, adiunges etiam erui pollinis cochlearia duo, quæ cum per nouem dies cõtinuos dederis, intermittis aliquandiu vt vires colligat, & resumat, & per singulos[e] periodos alternis curabis, nec cessabis donec sanitas redeat. Diebus autem vacuis offas ex farina triticea in lacte conspersa ad substantiam digeris, furfures quoq; triticeos & paleas dabis, hordeum non dederis nisi fortassis infusum, denegabis etiam herbam viridem donec[f] reparare cœperit corpus.

[a] anethi
[b] anethi vncias quatuor, gentianam vnciã vnam, opopanacis radicis vncias duas, croci
[c] vnciam semis
[d] acyo
[e] hebdomadas
[f] saturari

De [g] Icterico. Cap. LVI.

ICterici ista sunt signa: Oculi virides, de quibus profluet lippitudo, ad similitudinem fabæ[h] indurescit corium, fit horridũ pilis, insequitur fatigatio, ambulãs genibus claudicabit. His sanabit medelis: Panacis[i] syriatici & apij seminis singulas libras cõtundito atq; cribrato, & cũ mellis attici libra misceto, tũc aquæ, in qua lupini crudi fuerint decocti, sextario, ex medicamẽto superius descripto, quatuor cochlearia miscebis & in potione dabis per[k] dies v. Si tardius[l] adiuuat, vini sextarios iiij. in pultario nouo, canini stercoris albi vncias tres admisceto, & ponito sub diuo, ex qua potione quinq; diebus per os digeres.

[g] buginose
[h] dura vt corium
[i] radicis
[k] diem vnciam vnam
[l] ambulat

digeres. Præterea aquam in qua ciceres decocti fuerint, & stercus caninum simili ratione præbebis.

De Strophe, [id est, Tortionibus] Cap. LVII.

STrophi diuersę causæ, & diuersę sunt curæ. cuius ista sunt signa: Volutatur, patitur torsiones, ilia sibi respicit, stercus durum asellat, terram pedibus tundit dolore cogente, intermissis horis refrigerationem sentit & requiem. Hac potione curandum est: acori, anisi, opopanacis singulas libras pariter cõtundis & cernis, ex quo puluere duo cochlearia in vini veteris sextario & olei pondo semis admisces, & tepidũ per os dabis triduo. Si strophus fuerit & non facit ventre, caudam inter coxas suas mittet, & ad ventrem suum cõuersus attendet. cui puluerem de semine rutæ syluaticæ cum vino per os dabis. Præterea cepas decem[a] veteres, ficus siccæ[b] ℥ viij. nitri scrupulos v. stercoris columbini scrupulos iiij. ex quibus addita[c] vrina collyria facies, & bina & terna[d] in anũ immittes. Si vero fortius venter induruit, conuenit adhibere clysterium, sed prius ventrem aqua calida perfouebis. Tunc[e] succum (cantabricum) in quo fuerint betæ maluæq; decoctæ,] cum nitro & hemina olei, & columbini stercoris quatuor scrupulis, pronum constitues, & per anum iniicies iumento, ita vt post clysterẽ inambulet aliquantulum. Alij fimum leporis cum nouem cochlearibus mellis, & quindecim granis piperis addito caulium succo per os salubriter defundunt.

[a] *tere*
[b] *vncias quatuor*
[c] *amurca*
[d] *manu per posteriora*
[e] *cantarũ aquæ decoctionis betæ & maluæ*

De dolore iecoris. Cap. LVIII.

IEcoris dolor solet infestare iumenta, cuius ista deprehendunt indicia: Cibi fastidiũ, [f] potus appetentia, ventris inflatio, macies. Cui primo cremoris ptisanæ sextarium j. cũ olei rosatij tribus cyathis per os digeres. Si passio permanet, alia potione curabitur. Apij seminis vn-

[f] *sitis valida latus sibi inspicit*

cias iij. hyssopi vncias tres, abrotani vnciam j.[a] olei viridis quantũ sufficit, vel succi paulominus. Si viridem abnegat tempus, ex vino optimo ad tertias decoques, per aliquot dies potionẽ dabis. Similis quoq; huius passionis est ratio. Sine febre enim animal non erit, nec facile cibum cõficiet, testiculus dexter tumebit & indurescet, cui ista subuenit medicina: fœnigræci cyathos[b] quatuor mittis in aquæ fontanæ sextarios[c] quatuor, id est, grana triginta] & decoques ad tertiã partem[d] hemina per os data potione curabis. Nõnulli turis[e] drachmas ij. tritas, cum vino quantũ sufficit miscent, & inde totũ corpus multorũ perfricãt manibus,[f] saccis cooperiũt vt sudet.

[a] alij
[b] tres
[c] tres
[d] &
[e] scrupulum j. triti
[f] & satis

De inflatione ventris. Cap. LIX.

INflatio ventris interdum iumenta [*non*] sine dolore conturbat. Cuius passionis ista sunt signa: testes eorũ sudabunt, alternis pedibus terram tundunt,[g] subito inde alterna parte] se conuertũt, caput ad ilia sua ponunt. tanquam qui locum doloris ostendant, gemitus interdum & tremor totius corporis insequitur. Hunc paulatim deambulare facies, manum[h] vnctam in anum mittes, & stercus extrahes. deinde sale & melle mistis in anũ infundes, vt assellandi augeat voluntatem. Si hyemis fuerit, oleo & pice liquidâ lumbos & auriculas illius saturabis, hanc daturus potionem: Laurum viridem vel baccas ipsius, piper & cyminum, petrosilini & fœniculi semen,[i] semen agrij & nitri, quæ] pariter admixta, tunsa & cribrata cum vino, & oleo tepido, & calidæ aquæ paruula portione potionabis, & deambulare compellis moderatè, donec dolor cesset.

[g] subinde in alteram partem
[h] huic
[i] & rutam

De intestini vexatione. Cap. LX.

INtestini quoq; vexatio, quod colon vocatur, & inflationes & dolores consueuit inferre. Quæ his agnoscitur

tur signis. Cum ambulare cœperit, prioribus pedibus transuaricat & dolores subglutit, [a] & crebras deambulationes & calores stabuli] si diligẽter etiam operiatur [b] diligere consueuit. Cui per nares suffundes laser [c] & cyriacum in vino tepido solutum.

[a] crebris deambulationib. & calore in stabulo.
[b] digerere.
[c] siriacum.

De tussi. *Cap. LXI.*

FRequenter omni genere deforme vitium, & quòd maximè animaliũ parti accidit, tussis est, quæ interdum sponte desinit, interdum medicamẽtorum ratione curatur, interdum insanabilis penitus inuenitur. Difficultas autem curationis emergit, qua causæ ex quibus tussis euenerit, à medentibus nec discernuntur, nec intelliguntur interdum. Quam passionẽ vniuersis authoribus euolutis, quanto crebrius accidit, tãto studiosius credimus exponendam.

De tussi quæ venit si quid faucibus hæserit. *Cap. LXII.*

EXasperatio, aut iniuria faucium grauissimam commouet tussim. quoties aut puluis, aut arista, aut os, aut surculus, aut lapillus, aut aliquid inhæserit gutturi. Quæ res adeo periculosa est, vt nisi celeriter subueniatur, animalibus per impatientiam doloris insaniam generet. In sole igitur diligenter inspicito, si quid hæserit euellito. Ex tepida etiã, addito nitri puluere, infusa spõgia tergito, deinde oleo rosatio tepido cum lana obturato locum qui indignationem sustinet. Post diem tertium lanã eijcies, eadem ex aqua calida fouebis, & tale medicamẽtum imponis: [d] succari ℈. iiij. aluminis colati ℈. j.] ex tepido vino infundis, & sic exasperata sanabis.

[d] croci drac. ij.

De Tussi ex perfrictione. *Cap. LXIII.*

EX [e] perfrictione quoque nascitur tussis. Cuius ista sunt signa: cum tussierit, caput deorsum mittit vsq;

[e] præfocatione.

ad terram,& cum biberit,aqua ei per nares currit. Quã hac ratione curabis:Machinam ori inſeres,manum planam inijcies,comperies in parte ſuperiore quaſi veſiculam,quam vnguibus rumpis. Deinde tres pillulas bene contuſa axungia molliſſimas facies, quos in ſubtiliſſimo lomento, hoc eſt, farina fabacea, conuolues,& per os digeres.Deinde per triduum [a] venaculo,] & ſale perfricabis,& paſtillos cum ſpeciebus calidis & vino in potionibus dabis.

[a] de vernaculo. Aut vna auina vel brutillo.

De Tuſſi à [b] colibus. Cap. LXIIII.

[b] ſpiritualib.

TVſſis à [c] colibus ſi fuerit,his ſignis agnoſcitur: [d] coles iniuriæ pleni ſunt ac tumebunt,dum bibunt cõtinuò ruminant.Ouum in aceto acerrimo mittis ,reſolutaq; teſta,ita ut integra mẽbrana permaneat, pice liquida perunges,& faucibus digeres.Pòſt alumen,axungiã,ſalem in vino conteres,offas facies & ex melle deijcies,ita vt aqua calida [fomentetur] & ſi facultas ſuppetit,cum [e] euiſco decocta aſſiduè fomentare nõ deſinas. Hanc quoq; potionem adijcies: myrrhæ vncias [f] ij. piperis albi [g] ſemiunciam', nuclei pini purgati ſextarium ſemis, vuæ paſſæ ſextarium ſemis] mellis vncias tres, paſtinacæ [h] vnciam vnam,cariottę viridis] ſelibram,decoques pariter ex aqua, & addito vino tepido [i] quinq; vel ſex diebus potionare non deſinas.

[c] vitalibus.
[d] ſolles.
[e] eius decocto.
[f] tres.
[g] vnam.
[h] vncias tres, caricarum.
[i] M. s. non habet.

De Tuſſi ab interioribus. Cap. LXV.

AB interiorib. grauior & penè inſanabilis tuſſis eſt quę hac ratione dinoſcitur:nares iumenti [k] præcludit,vt ſpiritum reddere non poſſit, tunc ilia ei inſpicies, quæ ſi ſpiſſis pulſibus duxerit, ſcito eſſe tuſſim ex cauſa iecinoris,pulmonis, vel pręcordiorum , [l] vel recentẽ.Silentis pulſibus ilia duxerit [m] & ventrem,indicat] tuſſim de

[k] precludes.
[l] ſed.
[m] ventrem indicat.

de interioribus, hoc est, de his locis, in quibus intestina iumentorum ligantur, quorũ tensione & iniuria cõpelluntur tussire. Nã si cursu nimio vel latiore saltu cõuexata ilia fuerint, hęc nascitur causa. Ex nimio quoq; æstu, vel intolerabili frigore interiora vitiantur, & faciũt tussicos, vnde vulsi appellãtur. Siue igitur ex suprascriptis, siue ex alijs causis interioribus [a] nata fuerint vulnera etiamsi pòst sanitatem] duxerint cicatrices, strictius tamen contrahendo se & asperitatem faciunt, & assidua titillatione perpetuam excitant tussim. Quæ causę lenissimis medicamentis adiuuari vel suspendi aliquatenus possunt, persanari omnino non possunt. Hinc est quod in herba viridi vel pascuis vulsorum vitia celantur. Sed omni tempore hæc compositio est salutaris: fœnigręci heminam, seminis lini heminã, traganti vnciam j. thuris [b] masculi vnciam j. myrrhæ vnciã j. [c] succari, erui pollinis ana vnciam j. tunsa & cribrata in calida infusa permaneant, altera die ex aqua tepida singulas cotylas dabis ad cornu, cyatho olei rosati permixto, per plurimos dies. Ex qua cõpositione recens causa sanabitur, vetus sentiet leuamentum. Ad quæ vitia nunquã dederis austeriorem potionem, ne exasperet & decidat: sed leuem & simplicem, & refrigeratoriam. Cauendum etiam est ne in tali passione vnquam sanguinem detrahas. Plerunque tracanton ex oleo debere dari per biduum, tertio die decoctos raphanos atque contusos propinare cum vino, refrigeratorium pastillum addentes in æstate. [d] Ad tussim diuersę sunt potiones, quas propriè omnes inserere necessariũ duximus, ut pro qualitate passionum, medentis arbitrio remedia cõmodentur: Farinę fabæ frixæ sextarios ij. infundis in passi sextarijs iij. & in mortario diutissimè conteres, piperis triti grana triginta, sepi hircini libras iij. pariter admisces & omnia tusa & cribrata per os ad cornu per triduũ dabis.

[a] vitiati fuerint, vulnera etiam cũ sumpta sanitate.

[b] mastichis ana.

[c] croci vnciam semis.

[d] M.s. non habet.

Nonnulli verò duobus sextarijs, conditi fabæ frixæ heminam ante triduum fundunt, pòst deterunt diligenter, & æquatis partibus per triduum digerunt. Alijs placet farinæ fabaceæ sextarium vnum, tribus sextarijs, vini veteris infundere, additaq; olei optimi libra pariter deterere, ac dare per cornu.] Si tussis ex ruptura uel vulsione prouenerit, [a] anagallicū primo tundes, pòst herbā parietariam pro duabus partibus tenerā admisces, adiunctaq; axungia veteri conteres diligenter, & pastillos facies, quos [b] impari numero & imparibus] diebus cum resoluto butyro ac melle diffundes. Ad leuem tussim [c] viatoria sunt expeditaq;] remedia, porros decoquere, & cū herba parietaria bene tōsa miscere, factisq; pastillis in ouo resoluto & oleo roseo, necnon & passo & melle conuoluere per triduum deijcere, succū ipsius iuris in quo decocti sunt porri, insuper dare per cornu. Item laser, id est opium syrenicum ad magnitudinem fabæ, cum vino veteri deteres & per cornu dabis. Tussi & grauedini capitis medebitur oleum roseum, vel certè simplex & viride cum aqua calida per narem dextrum per triduum diffusum.

[a] Simphitum.
[b] in pari et paribus.
[c] iuuatoria sūt expertaq;.

De Vulsis. Cap. LXVI.

VVlsis glutinare creditur, si draganti vncias ij. pridie infundas in calida, fœni quoque græci heminam, lini seminis heminam, separatim infundas, die postero in cacabo decoquas & pariter teras, pòst medullæ ceruinæ vncias duas, sepi hircini libram, [d] radicis tracontiæ vnciam j. gentianæ vnciam j. centaureæ vnciam j. sepi taurini vnciam j. contundes, & illis quæ prius parata sunt addas: quæ omnia in mortarium mittes, & diutissimè conteres. Ad vltimum passi sextarios tres & aquam in qua fœnigrecum vel semen lini fuerat infusum adijcies & decoques, ac per triduum ad cornu dabis.

[d] tragcntea.

dabis. [a] Grauiter tussientes & vulsi hac potione recreãtur: De masculo pinguis porcinus acro decoquitur, donec omnis caro soluatur, abiectisq; ossib. vniuersis cũ iure quo deferbuerant, & tribus sextarijs [b] passi succidi. Deinde rursus in cacabũ mittis glutis taurini semiunciã, aceti acerrimi hemina dimidia cõiungitur & feruet vt quilon fiat, tragãti vncias iij. lini seminis & fœnigręci vnciæ singulę decoquũtur extrinsecùs & terũtur: adiunges etiã medullę ceruinę & sepi hircini vncias iij. quę ad vltimũ cum omnia pariter calefacta fuerint & colata, facies potionẽ, ex qua cornu dabis animalibus diebus septẽ, aut nouẽ curaturus, aut tepefactã digeras vt inspissentur, adiecto passo & aquæ illius copia in qua cocta sunt semina. Præterea aliquanti caput agninũ tam diu decoquunt, donec omnis compago soluatur, abiectisq; ossibus terunt, adiectoq; ad ius ipsius melle, diebus septem ad cornu digerunt. Quòd si tussis ex faucibus veniat, myrrhę vncias iij. cardamomi vnciã j. nuclei sextarium, vuæ passæ sextarium, deteres diligenter, additoq; melle agitando lentis carbonibus decoques, cum intepuerit, pastillos ad nucis magnitudinẽ facies, quos ternos cum butyro diebus quinq; vel septem digeres. Itẽ si ex faucibus causa est, occisum pullum palpitantẽ aperies, & tollis eius ventriculum, quem cum suo stercore calentem & integrum in melle conuolues, & per cannalem digeres. certissimum ac [c] uerum remedium est. Si exasperatio gutturis mouerit tussim, murrhæ vncias duas, [d] piperis vncias duas] seminis lini frixi & contusi sextarium, cardamomi [e] semiunciam, uuæ passæ sextarium, nuclei sextarium, mellis pondo duo, diligenter trita commisces ac decoquis, pastillos ad nucis magnitudinem facies, ternos in die digeres.

[a] M. s. non habet.
[b] ptisanæ.
[c] vile.
[d] M. s. non habet
[e] vnciam.

De Tussi quæ generatur ex humoris acerbitate. *Cap. LXVII.*

TVssi quæ ex acerbitate humorum prouenit, tali ratione succurritur: In primis purgandum est corpus tussientis. Cucumerem itaq; syluaticũ vel radices eius cum nitro Alexandrino conteres, adiunctoq; vino vetere per os dabis ad cornu. Quæ potio cum laxauerit vẽtrem, post diem tertium squillæ validioris [a] ℈. quatuor contundes, & optimi laseris quantum fabæ patitur magnitudo cõmisces, viniq; odorati sextarium, & olei veteris libram addis, & cum diligenter omnia cribraueris, triduo per os defundes ad cornu. [b] Item alia. Istis quoque suffimentis non minus quàm potionib. adiuuabis: Sandarici vncias iij. asphalti vncias iij. allij & separũ vncias iij. quæ cũ pariter triueris, in tres partes æqualiter diuides, & per triduum cooperto ori vel capiti subiectis carbonibus suffumiges, ut odor impleat nares. cuius tamẽ oculos prius ligabis, ne medicamenti acerbitate lędantur. Herbæ quoque marrubij fasciculum quàm magnum volueris deteres, & cum ouo & vino succido admisces, addita adipe ceruina, vel si defuerit, verbenaceam cum cera resoluis, & cũ tepida ad cornu digeris. Grauissimæ subuenit tussi si pillulas cypressi decoquas, & purges diligẽter, addita axũgia, & anagallico, & folijs tenerioribus herbæ parietariæ, contundas in pila, & pastillos ad nucis magnitudiem facias, quos quotidie impares cum melle & oleo & vino passo, ouis intinctos deijcies. Si placet pro pillulis etiam folia cypressi contusa miscere cum omnibus suprascriptis, poteris picis liquidæ facere potionem, & dare per cornu. Ad omnes tusses talem dedere plerique potionem: draganti, myrrhæ, spicæ nardi ana vnciam vnam, detriuere solerter, & cum duobus sextarij passi per triduum diffudere.]

[a] *vncias.*

[b] M. s. non habet

Ad

[a] Ad tußim ſiccam, vel ſuſpirium. Cap. LXVIII. [a] potio.

AD arteriam exaſperatam, & ad ſpaſmũ: hyſſopi [b] libram, fœnigræci ſelibrã, ſeminis lini, tracanti, anagallici, rutæ viridis ſingulas ſelibras, ſalis heminam dimidiam conteres, & vſq; ad tertiam decoques cum paſſo, tuſſienti per triduũ, vulſo per nouem dies dabis. Alij petroſelini macedonici vnciam j. ſemis, dauci vnciam vnam, myrrhæ, ſpicæ nardi, coſti, tracanti, ſingulas vncias, prius in mulſa tepida diffuſas, acori, piperis, [c] ſaccari ana vnciam vnam, guttæ armeniacæ vncias duas, caſſiæ vnciam vnam, pariter deterunt, paſtillos ex mulſa faciunt, pòſt cum paſſo deijciunt tedianti. Ad tuſſim veterem, & ad ſuſpirium, vel anhelitum, & ad ſynanchen. Si mox dederis ſtoracis rubeæ vncias iij. myrrhæ trogloditis vncias duas, opopanacis vncias duas, irisillyricæ vncias duas, galbani vncias duas, reſinæ terbentinæ vnc. iij. herbæ ſimponiacæ vnciam j. pariter cõmiſces & deteris, paſtillos facies cum melle. Præterea axungiæ [d] libram ſemis, caricas quindecim, [e] pineam combuſtam, & in puluerẽ redactam, liquaminis optimi heminã, mellis [f] libram cum cauliculis excoctis, offas faciunt & cum paſſo digerunt. [g] Aliquãti hederæ folia, item populi albi folia æquo pondere deterunt, & cum vino albo per nares defundunt. Alij, rutæ folia cum melle deterunt, & cũ vino optimo per nares defundunt. Alia. Cucumeris ſyluatici folia fœno miſcent, radicemq; ipſius contundunt, & cum lini ſemine & hordeo cõmixta offerunt. Experimento probatum eſt tuſsim ſuſpiriumq; ſanare. Alia. Sulphur viuum & roſmarinum cum melle & vino veteri per ſiniſtram narem digeris. Aliquanti panacis radicem detritam cum vini optimi hemina, & tribus cyathis olei, per cauernas naris ſiniſtræ infundunt. Preterea roſmarini ſcrup. iiij. myrrhę ſcrupulos ij.

[b] librã ſemis.
[c] croci, caßiæ.
[d] libram.
[e] raucam.
[f] libram ſemis.
[g] M. s. non habet

cum vini veteris sextario, olei hemina, per nares triduo defundunt, ita vt in die detur hemina. Aneti acetabulũ, iris illyricæ acetabulum, rutæ scrupulum j. olei heminã dimidiam per os digerũt. Suspirium quoq; ac tussim releuat, si radicis mori ℈.j. herbæ heliotropij vncias iij. diligenter conteras, & cũ hemina vini candidi per os defundas. Recens quoq; tussis experimẽto curationis sedatur. Lentis sextarium semis emolis, farinamq; mollissimam facies, ex qua singulas heminas cum singulis heminis aquæ per os per triduum digeres. Vetus autem tussis aboleri creditur, si cyathos tres ex succo porri cũ hemina olei pluribus diebus per fauces defundis. Tussientes ac vulsi hac potione curãtur: panacis radicis vncias ij. sulphuris viui vnciam j. thuris masculi vncias ij. myrrhę triglodítis vnciã j. cõmixta in puluerẽ rediges, ex quo duo cochlearia cũ duobus ouis, addita vini veteris hemina, diebus quinq; vel septẽ per os dabis. Expertũ dicitur, vlmi cinerẽ lẽtissimũ, id est, fauillã aqua tepẽti permiscere, & olei boni æquam mensurã addere, iunctisq; trib. ouis, diebus quot volueris dare per fauces.]

[a] *Ad* [b] *vomicam & tussim.* Cap. LXIX.

[a] *Potio.* [b] *vomitum.* [c] *lib.* 1. [d] *vnum.* [e] *dauci, caßiæ fistulæ ana.*

VAlidissima cõtra tussim & vomicas compositio est: succi marrubij expressi [c] heminã, caricas siccas xxv. mellis attici vel cymini sextarium. [d] semis, in olla noua ad medium decoques, pòst myrrhæ [e] troglodítis vncias ij. dauci vnciã j. cassiæ fistulæ vnciam semis, cinamomi semiunc. thuris masculi vnciã, aristologiæ vncias ij. opopanacis vnciam, iris illyricæ vnciam semis, radicis panacis vnciam, vniuersa conterito atque cribrato, & supra medicamento in quo mel & ficus coxeris mittito, & studiose agitans feruere facito paulatim carbonibus lentis, pòst in pixidem plumbeam vel ligneam condito, ex qua bina cochlearia cum hemina vini per os.

quotidie

quotidie digeres. Vulsis vel tussientibus prodest singulos sextarios lentis, fœnigræci, & lini seminis[a] frigere separatim & puluerem facere, & de singulis speciebus singula cochlearia cum succo[b] anagallici, & succo plantaginis quantum volueris addito vino per os dare.

[a] terere

[b] Symphiti

Diuersæ potiones vulsorum & tussientium. Cap. LXX.

VT diuersæ causæ sunt, ita & difficiles curæ. Quapropter studiose quæ experimentis nostris vel aliorũ probata cognouimus intimamus. Ad[c] vnum itaq; animal talis potio præparatur: fabæ frixæ sextarium sine sale cum aqua decoquis quemadmodũ hominibus consueuit apponi. præterea fœnigræci sextarium separatim mittis in cacabum, & cum feruere cœperit primam aquã fundes, post addis aquæ sextar. v. caricas xx. liquiritiæ vnc. ij. tantum ferueat donec iiij. sextarij remaneant, tunc fabam istam coctam, & fœnigræcum, cum caricis vel liquiritia in mortario diligenter deteris, addis insuper butyri, sepi hircini ana vnc. ij. ad calorem diligenter resolutas. quæ cum omnia miscueris, addito iure [*tepido*] in quo fœnigræci decoxeris tepefacta per cornu plus quàm singulas heminas diebus singulis faucibus digeris:[d] quòd si spissiorem videris potionẽ, tantum passi addis vt possit per cornu exire. Barbarorũ vsus adinuenit salutare remedium. Radicem herbæ, cui nomen est enula, quam campanam plæriq; appellant, colliges, in vmbra siccabis, postea deteres, in puluerem rediges, ex quo terna maiora cochlearia in singulos sextarios vini veteris pridie infundis, & cum bene agitaueris claudes, ne odor herbæ salutaris exhalet, per os triduo, vel quot volueris diebus digeres. Item alia. Lentis alexandrinæ, fœnigræci, lini seminis heminas singulas decoquis, addisq; ei traganti vnciam semis, pridie in tepida

[c] vnumquodq;

[d] M. s. non habet

infundis, & anagallici vncias iij. diligētissimè resolutas, quæ cum omnia in mortario triueris, in cacabo nouo cum tribus aquæ sextarijs decoquis, exinde tertiam partem cum sextario passi tepidū per os dabis triduo. continuò sanare creditur vulsos. Si iumentum ex vulneribus faucium tussis vrgebit, iris illyricæ vnciam j. piperis nigri semiunciā, succari ℈.j. myrrhæ trogloditis semiunciam, thuris pollinis semiunciam, traganti prius infusi & triti vnciam j. oua quinq; cum passi sextario commisces, & triduo per fauces digeris ad cornu. Pòst mel, butyrum, axungiam, salem & piculam commisces, offas facies, & in passo intinctas digeres. Si ab internis tussierit, succi ptisanæ heminam, defruti cyathum misces, & per triduum dabis. Si grauius tussierit animal, fabę frixę & coctæ sextarium, seui hircini vncias iij. allij capita tria pariter decoquis, & in mortario deteris, & cum passo dabis. Curat autem vulsos & ruptos, fœnigræci sextarium j. cum xx. caricis. fasciculo apij, & fasciculo rutæ in aqua ad medium decoquis, ita vt postmodum traganti resoluti vncias tres, & anagallici contusi vncias iij. allij tres addantur, & omnia conterantur, offulisq; ad nucis magnitudinem factis, ternæ, quinæ, septenæ per triduum digeruntur.]

De Scabie. Cap. LXXI.

SCabies iumentis deformem passionem, & interdum periculum generat. Contagiosa nanq; est, & transit in plures. Cui nascenti medicamentis non oportet occurrere, ne præclusa cute in visceribus residens conuertatur in morbum. Sed[a] ut eruperit foras, primo purgatio ventris adhibetur, [b] si puluerem ex radice cucumeris syluatici cum vino faucibus animalis infundis, vel certè si radicē cōcisam copiosè cū hordeo subministras. Quòd cum

[a] cum
[b] sicut puluis

cum ex ratione processerit, interposito triduo, aliquantulum sanguinis, si caput & collũ scabies infestat, de ceruice detrahes. Si verò scapuli vel armi aut pectus in causa est, de brachiolis sanguis emittitur.[a] Cum spinam, vel lumbos, aut coxas pabulis æstuans contagio peruaserit, de femorũ venis sanguis emittitur. Asphaltũ, sulphur viuum, picem liquidam in butyrum æquis ponderibus pariter deteris, & in sole diutissimè cõfricans totum iumenti corpus perungis. [*item*] aceti acris sextarium, piculæ vncias iiij. cedrinæ vnc. iiij. pariter decoquis, scabiosum animal ex lotio humano & calida permixta diligentissimè perfricaturus,[b] tunc penicillo in fuste ligato medicamentum inducis in sole, asphaltum & sulfur æqualiter cõteris addita adipe porcina, & olei veteris tantundem, quæ cum decoxeris, perunges in sole. Adipis libram, sulphuris viui vncias ij. bituminis vnciam j. olei selibram, picis liquidæ cyathos ij. omnia conteris & decoquis, & perungis sicut suprà scriptum est. Lotij veteris humani fecis ℈. iiij. stercoris ouilli selibram, olei heminam, sulphuris viui vncias iij. picis liquidæ cyathos iij. omnia contere & decoque, & in sole calido animal semel in die perunge. Bituminis pondo duo, sulphuris viui selibrã, ceræ librã, mannę thuris selibram cõmisces in oleo in quo prius fasciculus aricusæ decoctus est, & perungis in sole. Alia. si minus habeat integras vires, Ranas in aqua decoquis, vnctáq; earum colligis, & cũ polline lenticulæ, adipe & oleo permisces, tepefacto perungis. Item alia. Cucumeris syluatici radices lauas & tundis, in cacabo nouo cum oleo quantum sufficit decoquis, & vteris. Sulphur quoq; cum vino decoctum similiter iuuat. Si vetustate scabies occalluit, prius abradenda ferro vel testis, ad viuum est, insuper humano lotio cum aqua marina vel salsa mixto confricandum est, post sulphuris, bituminis, picis liquidæ, axungiæ vete-

[a] Et pòst

[b] M. s. non habet

[a] alij — cias iij. hyssopi vncias tres, abrotani vnciam j. [a] olei viridis quantũ sufficit, vel succi paulominus. Si viridem abnegat tempus, ex vino optimo ad tertias decoques, per aliquot dies potionẽ dabis. Similis quoq; huius passionis est ratio. Sine febre enim animal non erit, nec facile cibum cõficiet, testiculus dexter tumebit & indurescet, cui ista subuenit medicina: fœnigræci cyathos [b] quatuor mittis in aquæ fontanæ sextarios [c] quatuor, id est, grana triginta] & decoques ad tertiã partem [d] hemina per os data potione curabis. Nõnulli turis [e] drachmas ij. tritas, cum vino quantũ sufficit miscent, & inde totũ corpus multorũ perfricat manibus, [f] saccis cooperiũt vt sudet.

[b] tres
[c] tres
[d] &
[e] scrupulum j. triti
[f] & satis

De Inflatione ventris. Cap. LIX.

INflatio ventris interdum iumenta [*non*] sine dolore conturbat. Cuius passionis ista sunt signa: testes eorũ sudabunt, alternis pedibus terram tundunt, [g] subito inde alterna parte] se conuertũt, caput ad ilia sua ponunt tanquam qui locum doloris ostendant, gemitus interdum & tremor totius corporis insequitur. Hunc paulatim deambulare facies, manum [h] vnctam in anum mittes, & stercus extrahes. deinde sale & melle mistis in anũ infundes, vt assellandi augeat voluntatem. Si hyemis fuerit, oleo & pice liquidâ lumbos & auriculas illius saturabis, hanc daturus potionem: Laurum viridem vel baccas ipsius, piper & cyminum, petrosilini & fœniculi semen, [i] semen agrij & nitri, quæ] pariter admixta, tunsa & cribrata cum vino, & oleo tepido, & calidæ aquæ paruula portione potionabis, & deambulare compellis moderatè, donec dolor cesset.

[g] subinde in alteram partem
[h] huic
[i] & rutam

De intestini vexatione. Cap. LX.

INtestini quoq; vexatio, quod colon vocatur, & inflationes & dolores consueuit inferre. Quæ his agnoscitur

tur signis. Cum ambulare cœperit, prioribus pedibus transuaricat & dolores subglutit, [a] & crebras deambulationes & calores stabuli] si diligẽter etiam operiatur [b] diligere consueuit. Cui per nares suffundes laser [c] & cyriacum in vino tepido solutum.

[a] crebris deambulationib. & calore in stabulo.
[b] digerere.
[c] siriacum.

De tussi. Cap. LXI.

FRequenter omni genere deforme vitium, & quòd maximè animaliũ parti accidit, tussis est, quæ interdum sponte desinit, interdum medicamẽtorum ratione curatur, interdum insanabilis penitus inuenitur. Difficultas autem curationis emergit, qua causæ ex quibus tussis euenerit, à medentibus nec discernuntur, nec intelliguntur interdum. Quam passionẽ vniuersis authoribus euolutis, quanto crebrius accidit, tãto studiosius credimus exponendam.

De tussi quæ venit si quid faucibus hæserit. Cap. LXII.

EXasperatio, aut iniuria faucium grauissimam commouet tussim. quoties aut puluis, aut arista, aut os, aut surculus, aut lapillus, aut aliquid inhæserit gutturi. Quæ res adeo periculosa est, vt nisi celeriter subueniatur, animalibus per impatientiam doloris insaniam generet. In sole igitur diligenter inspicito, si quid hæserit euellito. Ex tepida etiã, addito nitri puluere, infusa spõgia tergito, deinde oleo rosatio tepido cum lana obturato locum qui indignationem sustinet. Post diem tertium lanã eijcies, eadem ex aqua calida fouebis, & tale medicamẽtum imponis: [d] succari ℈. iiij. aluminis colati ℈. j.] ex tepido vino infundis, & sic exasperata sanabis.

[d] croci drac. ii.

De Tussi ex perfrictione. Cap. LXIII.

EX [e] perfrictione quoque nascitur tussis. Cuius ista sunt signa: cum tussierit, caput deorsum mittit vsq;

[e] præfocatione.

ad terram,& cum biberit,aqua ei per nares currit. Quā hac ratione curabis:Machinam ori inſeres,manum planam iniſcies,comperies in parte ſuperiore quaſi veſiculam,quam vnguibus rumpis. Deinde tres pillulas bene contuſa axungia molliſſimas facies, quos in ſubtiliſſimo lomento, hoc eſt, farina fabacea, conuolues,& per os digeres.Deinde per triduum [a] venaculo,] & ſale perfricabis,& paſtillos cum ſpeciebus calidis & vino in potionibus dabis.

[a] de vernaculo. Aut vna auina vel brutillo.

De Tuſſi à [b] colibus. *Cap. LXIIII.*

[b] ſpiritualib.

TVſſis à [c] colibus ſi fuerit,his ſignis agnoſcitur: [d] coles iniuriæ pleni ſunt ac tumebunt,dum bibunt cōtinuò ruminant.Ouum in aceto acerrimo mittis, reſolutaq; teſta,ita ut integra mēbrana permaneat, pice liquida perunges,& faucibus digeres.Pòſt alumen,axungiā, ſalem in vino conteres,offas facies & ex melle deiſcies,ita vt aqua calida [*fomentetur*] & ſi facultas ſuppetit,cum [e] euiſco decocta aſſiduè fomentare nō deſinas. Hanc quoq; potionem adiſcies: myrrhæ vncias [f] ij. piperis albi [g] ſemiunciam, nuclei pini purgati ſextarium ſemis, vuæ paſſæ ſextarium ſemis] mellis vncias tres, paſtinacæ [h] vnciam vnam,cariottę viridis] ſelibram,decoques pariter ex aqua, & addito vino tepido [i] quinq; vel ſex diebus potionare non deſinas.

[c] vitalibus.
[d] folles.
[e] eius decocto.
[f] tres.
[g] vnam.
[h] vncias tres, caricarum.
[i] M. s. non habet.

De Tuſſi ab interioribus. *Cap. LXV.*

AB interiorib. grauior & penè inſanabilis tuſſis eſt, quę hac ratione dinoſcitur:nares iumenti [k] præcludit,vt ſpiritum reddere non poſſit, tunc ilia ei inſpicies, quæ ſi ſpiſſis pulſibus duxerit, ſcito eſſe tuſſim ex cauſa iecinoris,pulmonis, vel pręcordiorum, [l] vel recentē. Si lentis pulſibus ilia duxerit [m] & ventrem,indicat] tuſſim de

[k] præcludes.
[l] ſed.
[m] ventrem indicat.

de interioribus, hoc est, de his locis, in quibus intestina iumentorum ligantur, quorū tensione & iniuria cōpellūtur tussire. Nā si cursu nimio vel latiore saltu cōuexata ilia fuerint, hęc nascitur causa. Ex nimio quoq; æstu, vel intolerabili frigore interiora vitiantur, & faciūt tussicos, vnde vulsi appellātur. Siue igitur ex suprascriptis, siue ex aliis causis interioribus [a] nata fuerint vulnera etiamsi pòst sanitatem] duxerint cicatrices, strictius tamen contrahendo se & asperitatem faciunt, & assidua titillatione perpetuam excitant tussim. Quæ causę lenissimis medicamentis adiuuari vel suspendi aliquatenus possunt, persanari omnino non possunt. Hinc est quod in herba viridi vel pascuis vulsorum vitia celantur. Sed omni tempore hæc compositio est salutaris: fœnigręci heminam, seminis lini heminā, traganti vnciam j. thuris [b] masculi vnciam j. myrrhæ vnciā j. [c] succari, erui pollinis ana vnciam j. tunsa & cribrata in calida infusa permaneant, altera die ex aqua tepida singulas cotylas dabis ad cornu, cyatho olei rosati permixto, per plurimos dies. Ex qua cōpositione recens causa sanabitur, vetus sentiet leuamentum. Ad quæ vitia nunquā dederis austeriorem potionem, ne exasperet & decidat: sed leuem & simplicem, & refrigeratoriam. Cauendum etiam est ne in tali passione vnquam sanguinem detrahas. Plerunque tracanton ex oleo debere dari per biduum, tertio die decoctos raphanos atque contusos propinare cum vino, refrigeratorium pastillum addentes in æstate. [d] Ad tussim diuersę sunt potiones, quas propriè omnes inserere necessariū duximus, ut pro qualitate passionum, medentis arbitrio remedia cōmodentur: Farinę fabæ frixæ sextarios ij. infundis in passi sextariis iij. & in mortario diutissimè conteres, piperis triti grana triginta, sepi hircini libras iij. pariter admisces & omnia tusa & cribrata per os ad cornu per triduū dabis.

[a] vitiati fuerint, vulnera etiam cū sumpta sanitate.

[b] mastichis ana.

[c] croci vnciam semis.

[d] M.s. non habet.

Nonnulli verò duobus sextarijs, conditi fabæ frixæ heminam ante triduum fundunt, pòst deterunt diligenter, & æquatis partibus per triduum digerunt. Alijs placet farinæ fabaceæ sextarium vnum, tribus sextarijs, vini veteris infundere, additaq; olei optimi libra pariter deterere, ac dare per cornu.] Si tussis ex ruptura uel vulsione prouenerit, [a] anagallicũ primo tundes, pòst herbã parietariam pro duabus partibus tenerã admisces, adiunctaq; axungia veteri conteres diligenter, & pastillos facies, quos [b] impari numero & imparibus] diebus cum resoluto butyro ac melle diffundes. Ad leuem tussim [c] viatoria sunt expeditaq;] remedia, porros decoquere, & cũ herba parietaria bene tõsa miscere, factisq; pastillis in ouo resoluto & oleo roseo, necnon & passo & melle conuoluere per triduum dejcere, succũ ipsius iuris in quo decocti sunt porri, insuper dare per cornu. Item laser, id est opium syrenicum ad magnitudinem fabæ, cum vino veteri deteres & per cornu dabis. Tussi & grauedini capitis medebitur oleum roseum, vel certè simplex & viride cum aqua calida per narem dextrum per triduum diffusum.

[a] Simphitum.

[b] in pari et pa ribus.

[c] iuuatoria sũt expertaq;.

De Vulsis. Cap. LXVI.

Vlsis glutinare creditur, si draganti vncias ij. pridie infundas in calida, fœni quoque græci heminam, lini seminis heminam, separatim infundas, die postero in cacabo decoquas & pariter teras, pòst medullæ ceruinæ vncias duas, sepi hircini libram, [d] radicis tracontiæ vnciam j. gentianæ vnciam j. centaureæ vnciam j. sepi taurini vnciam j. contundes, & illis quæ prius parata suut addas: quæ omnia in mortarium mittes, & diutissimè conteres. Ad vltimum passi sextarios tres & aquam in qua fœnigrecum vel semen lini fuerat infusum adjcies & decoques, ac per triduum ad cornu dabis.

[d] tragcntea.

dabis. [a] Grauiter tussientes & vulsi hac potione recreātur: De masculo pinguis porcinus acro decoquitur, donec omnis caro soluatur, abiectisq; ossib. vniuersis cū iure quo deferbuerant, & tribus sextarijs [b] passi succidi: Deinde rursus in cacabū mittis glutis taurini semiunciā, aceti acerrimi hemina dimidia cōiungitur & feruet vt quilon fiat, tragāti vncias iij. lini seminis & fœnigręci vnciæ singulę decoquūtur extrinsecùs & terūtur: adiunges etiā medullę ceruinę & sepi hircini vncias iij. quę ad vltimū cum omnia pariter calefacta fuerint & colata, facies potionē, ex qua cornu dabis animalibus diebus septē, aut nouē curaturus, aut tepefactā digeras vt inspissentur, adiecto passo & aquæ illius copia in qua cocta sunt semina. Præterea aliquanti caput agninū tam diu decoquunt, donec omnis compago soluatur, abiectisq; ossibus terunt, adiectoq; ad ius ipsius melle, diebus septem ad cornu digerunt. Quòd si tussis ex faucibus veniat, myrrhę vncias iij. cardamomi vnciā j. nuclei sextarium, vuæ passæ sextarium, deteres diligenter, additoq; melle agitando lentis carbonibus decoques, cum intepuerit, pastillos ad nucis magnitudinē facies, quos ternos cum butyro diebus quinq; vel septem digeres. Itē si ex faucibus causa est, occisum pullum palpitantē aperies, & tollis eius ventriculum, quem cum suo stercore calentem & integrum in melle conuolues, & per cannalem digeres. certissimum ac [c] uerum remedium est. Si exasperatio gutturis mouerit tussim, murrhæ vncias duas, [d] piperis vncias duas] seminis lini frixi & contusi sextarium, cardamomi [e] semiunciam, uuæ passæ sextarium, nuclei sextarium, mellis pondo duo, diligenter trita commisces ac decoquis, pastillos ad nucis magnitudinem facies, ternos in die digeres.

[a] M.s. non habet.
[b] ptisanæ.
[c] vile.
[d] M.s. non habet
[e] vnciam.

semis

De Tussi quae generatur ex humoris acerbitate. Cap. LXVII.

TVssi quæ ex acerbitate humorum prouenit, tali ratione succurritur: In primis purgandum est corpus tussientis. Cucumerem itaq; syluaticũ vel radices eius cum nitro Alexandrino conteres, adiunctoq; vino vetere per os dabis ad cornu. Quæ potio cum laxauerit vẽtrem, post diem tertium squillæ validioris [a] ℈. quatuor contundes, & optimi laseris quantum fabæ patitur magnitudo cõmisces, viniq; odorati sextarium, & olei veteris libram addis, & cum diligenter omnia cribraueris, triduo per os defundes ad cornu. [b] Item alia. Istis quoque suffimentis non minus quàm potionib. adiuuabis: Sandarici vncias iij. asphalti vncias iij. allij & ceparũ vncias iij. quæ cũ pariter triueris, in tres partes æqualiter diuides, & per triduum cooperto ori vel capiti subiectis carbonibus suffumiges, ut odor impleat nares. cuius tamẽ oculos prius ligabis, ne medicamenti acerbitate lędantur. Herbæ quoque marrubij fasciculum quàm magnum volueris deteres, & cum ouo & vino succido admisces, addita adipe ceruina, vel si defuerit, verbenaceam cum cera resoluis, & cũ tepida ad cornu digeris. Grauissimæ subuenit tussi si pillulas cypressi decoquas, & purges diligẽter, addita axũgia, & anagallico, & folijs tenerioribus herbæ parietariæ, contundas in pila, & pastillos ad nucis magnitudiem facias, quos quotidie impares cum melle & oleo & vino passo, ouis intinctos deijcies. Si placet pro pillulis etiam folia cypressi contusa miscete cum omnibus suprascriptis, poteris picis liquidæ facere potionem, & dare per cornu. Ad omnes tusses talem dedere plerique potionem: draganti, myrrhæ, spicæ nardi ana vnciam vnam, detriuere solerter, & cum duobus sextarij passi per triduum diffudere.]

[a] vncias.

[b] M.s. non habet

Ad

[a] *Ad tußim ſiccam, vel ſuſpirium.* Cap. LXVIII. [a] *potio.*

AD arteriam exaſperatam, & ad ſpaſmũ: hyſſopi [b] libram, fœnigræci ſelibrã, ſeminis lini, tracanti, anagallici, rutæ viridis ſingulas ſelibras, ſalis heminam dimidiam conteres, & vſq; ad tertiam decoques cum paſſo, tuſſienti per triduũ, vulſo per nouem dies dabis. Aliȷ petroſelini macedonici vnciam j. ſemis, dauci vnciam vnam, myrrhæ, ſpicæ nardi, coſti, tracanti, ſingulas vncias, prius in mulſa tepida diffuſas, acori, piperis, [c] ſaccari ana vnciam vnam, guttæ armeniacæ vncias duas, caſſiæ vnciam vnam, pariter deterunt, paſtillos ex mulſa faciunt, pòſt cum paſſo deȷciunt tedianti. Ad tuſſim veterem, & ad ſuſpirium, vel anhelitum, & ad ſynanchen. Si mox dederis ſtoracis rubeæ vncias iȷ. myrrhæ trogloditis vncias duas, opopanacis vncias duas, irisillyricæ vncias duas, galbani vncias duas, reſinæ terbentinæ vnc. iij. herbæ ſimponiacæ vnciam j. pariter cõmiſces & deteris, paſtillos facies cum melle. Præterea axungiæ [d] libram ſemis, caricas quindecim, [e] pineam combuſtam, & in puluerẽ redactam, liquaminis optimi heminã, mellis [f] libram cum cauliculis excoctis, offas faciunt & cum paſſo digerunt. [g] Aliquãti hederæ folia, item populi albi folia æquo pondere deterunt, & cum vino albo per nares defundunt. Aliȷ, rutæ folia cum melle deterunt, & cũ vino optimo per nares defundunt. Alia. Cucumeris ſyluatici folia fœno miſcent, radicemq; ipſius contundunt, & cum lini ſemine & hordeo cõmixta offerunt. Experimento probatum eſt tuſsim ſuſpiriumq; ſanare. Alia. Sulphur viuum & roſmarinum cum melle & vino veteri per ſiniſtram narem digeris. Aliquanti panacis radicem detritam cum vini optimi hemina, & tribus cyathis olei, per cauernas naris ſiniſtræ infundunt. Preterea roſmarini ſcrup. iiij. myrrhę ſcrupulos ij.

[b] *librã ſemis.*
[c] *croci, caßiæ.*
[d] *libram.*
[e] *raucam.*
[f] *libram ſemis.*
[g] *M. s. non habet*

cum vini veteris sextario, olei hemina, per nares triduo defundunt, ita vt in die detur hemina. Aneti acetabulũ, iris illyricæ acetabulum, rutæ scrupulum j. olei heminã dimidiam per os digerũt. Suspirium quoq; ac tussim releuat, si radicis mori ℈. j. herbæ heliotropij vncias iij. diligenter conteras, & cũ hemina vini candidi per os defundas. Recens quoq; tussis experimẽto curationis sedatur. Lentis sextarium semis emolis, farinamq; mollissimam facies, ex qua singulas heminas cum singulis heminis aquæ per os per triduum digeres. Vetus autem tussis aboleri creditur, si cyathos tres ex succo porri cũ hemina olei pluribus diebus per fauces defundis. Tussientes ac vulsi hac potione curãtur: panacis radicis vncias ij. sulphuris viui vnciam j. thuris masculi vncias ij. myrrhę trigloditis vnciã j. cõmixta in puluerẽ rediges, ex quo duo cochlearia cũ duobus ouis, addita vini veteris hemina, diebus quinq; vel septẽ per os dabis. Expertũ dicitur, vlmi cinerẽ lẽtissimũ, id est, fauillã aqua tepẽti permiscere, & olei boni æquam mensurã addere, iunctisq; trib. ouis, diebus quot volueris dare per fauces.]

[a] Ad [b] vomicam & tussim. Cap. LXIX.

Validissima cõtra tussim & vomicas compositio est: succi marrubij expressi [c] heminã, caricas siccas xxv. mellis attici vel cymini sextarium [d] semis, in olla noua ad medium decoques, pòst myrrhæ [e] trogloditis vncias ij. dauci vnciã j. cassiæ fistulæ vnciam semis, cinamomi semiunc. thuris masculi vnciã, aristologiæ vncias ij. opopanacis vnciam, iris illyricæ vnciam semis, radicis panacis vnciam, vniuersa conterito atque cribrato, & supra medicamento in quo mel & ficus coxeris mittito, & studiose agitans feruere facito paulatim carbonibus lentis, pòst in pixidem plumbeam vel ligneam condito, ex qua bina cochlearia cum hemina vini per os quotidie:

[a] Potio.
[b] vomitum.
[c] lib. 1.
[d] vnum.
[e] dauci, cassiæ fistulæ ana.

quotidie digeres. Vulsis vel tussientibus prodest singulos sextarios lentis, fœnigræci, & lini seminis[a] frigere separatim & puluerem facere, & de singulis speciebus singula cochlearia cum succo[b] anagallici, & succo plantaginis quantum volueris addito vino per os dare.

[a] terere

[b] Symphiti

Diuersæ potiones vulsorum & tussientium.
Cap. LXX.

VT diuersæ causæ sunt, ita & difficiles curæ. Quapropter studiose quæ experimentis nostris vel aliorũ probata cognouimus intimamus. Ad[c] vnum itaq; animal talis potio præparatur: fabæ frixæ sextarium sine sale cum aqua decoquis quemadmodũ hominibus consueuit apponi. præterea fœnigræci sextarium separatim mittis in cacabum, & cum feruere cœperit primam aquã fundes, post addis aquæ sextar. v. caricas xx. liquiritiæ vnc. ij. tantum ferueat donec iiij. sextarij remaneant, tunc fabam istam coctam, & fœnigræcum, cum caricis vel liquiritia in mortario diligenter deteris, addis insuper butyri, sepi hircini ana vnc. ij. ad calorem diligenter resolutas. quæ cum omnia miscueris, addito iure [*tepida*] in quo fœnigræci decoxeris tepefacta per cornu plus quàm singulas heminas diebus singulis faucibus digeris:[d] quòd si spissiorem videris potionẽ, tantum passi addis vt possit per cornu exire. Barbarorũ vsus adinuenit salutare remedium. Radicem herbæ, cui nomen est enula, quam campanam plæriq; appellant, colliges, in vmbra siccabis, postea deteres, in puluerem rediges, ex quo terna maiora cochlearia in singulos sextarios vini veteris pridie infundis, & cum bene agitaueris claudes, ne odor herbæ salutaris exhalet, per os triduo, vel quot volueris diebus digeres. Item alia. Lentis alexandrinæ, fœnigræci, lini seminis heminas singulas decoquis, addisq; ei traganti vnciam semis, pridie in tepida.

[c] vnumquodq;

[d] M. s. non habet

infundis, & anagallici vncias iij. diligētissimè resolutas; quæ cum omnia in mortario triueris, in cacabo nouo cum tribus aquæ sextarijs decoquis, exinde tertiam partem cum sextario passi tepidū per os dabis triduo. continuò sanare creditur vulsos. Si iumentum ex vulneribus faucium tussis vrgebit, iris illyricæ vnciam j. piperis nigri semunciā, succari ʒ.j. myrrhæ trogloditis semiunciam, thuris pollinis semiunciam, traganti prius infusi & triti vnciam j. oua quinq; cum passi sextario commisces, & triduo per fauces digeris ad cornu. Pòst mel, butyrum, axungiam, salem & piculam commisces, offas facies, & in passo intinctas digeres. Si ab internis tussierit, succi ptisanæ heminam, defruti cyathum misces, & per triduum dabis. Si grauius tussierit animal, fabę frixę & coctæ sextarium, seui hircini vncias iij. allij capita tria pariter decoquis, & in mortario deteris, & cum passo dabis. Curat autem vulsos & ruptos, fœnigræci sextarium j. cum xx. caricis. fasciculo apij, & fasciculo rutæ in aqua ad medium decoquis, ita vt postmodum traganti resoluti vncias tres, & anagallici contusi vncias iij. allij tres addantur, & omnia conterantur, offulisq; ad nucis magnitudinem factis, ternæ, quinæ, septenæ per triduum digeruntur.]

De Scabie. Cap. LXXI.

SCabies iumentis deformem passionem, & interdum periculum generat. Contagiosa nanq; est, & transit in plures. Cui nascenti medicamentis non oportet occurrere, ne præclusa cute in visceribus residens conuertatur in morbum. Sed[a] ut eruperit foras, primo purgatio ventris adhibetur, [b] si puluerem ex radice cucumeris syluatici cum vino faucibus animalis infundis, vel certè si radicē cōcisam copiosè cū hordeo subministras. Quòd cum

[a] cum
[b] sicut puluis

cum ex ratione processerit, interposito triduo, aliquantulum sanguinis, si caput & collũ scabies infestat, de ceruice detrahes. Si verò scapuli vel armi aut pectus in causa est, de brachiolis sanguis emittitur.[a] Cum spinam, vel lumbos, aut coxas pabulis æstuans contagio peruaserit, de femorũ venis sanguis emittitur. Asphaltũ, sulphur viuum, picem liquidam in butyrum æquis ponderibus pariter deteris, & in sole diutissimè cõfricans totum iumenti corpus perungis. [item] aceti acris sextarium, piculæ vncias iiij. cedrinæ vnc. iiij. pariter decoquis, scabiosum animal ex lotio humano & calida permixta diligentissimè perfricaturus,[b] tunc penicillo in fuste ligato medicamentum inducis in sole, asphaltum & sulfur æqualiter cõteris addita adipe porcina, & olei veteris tantundem, quæ cum decoxeris, perunges in sole. Adipis libram, sulphuris viui vncias ij. bituminis vnciam j. olei selibram, picis liquidæ cyathos ij. omnia conteris & decoquis, & perungis sicut suprà scriptum est. Lotij veteris humani fecis ℥. iiij. stercoris ouilli selibram, olei heminam, sulphuris viui vncias iij. picis liquidæ cyathos iij. omnia contere & decoque, & in sole calido animal semel in die perunge. Bituminis pondo duo, sulphuris viui selibrã, ceræ librã, mannę thuris selibram cõmisces in oleo in quo prius fasciculus aricusæ decoctus est, & perungis in sole. Alia. si minus habeat integras vires, Ranas in aqua decoquis, vnctãq; earum colligis, & cũ polline lenticulæ, adipe & oleo permisces, tepefacto perungis. Item alia. Cucumeris syluatici radices lauas & tundis, in cacabo nouo cum oleo quantum sufficit decoquis, & vteris. Sulphur quoq; cum vino decoctum similiter iuuat. Si vetustate scabies occalluit, prius abradenda ferro vel testis, ad viuum est, insuper humano lotio cum aqua marina vel salsa mixto confricandum est, post sulphuris, bituminis, picis liquidæ, axungiæ vete-

[a] Et pòst

[b] M.s. non habet

ris, sepi caprini, ceræ, aluminis spissi singulas libras contundis, misces, & decoquis, & sic animal perungis in sole. Folia de rodedafnes cum oleo vetere decoques, addita pice liquida, & aceto, & cera, certũ est de experimento remedium. Memineris tamen in omni vnctione, contra pilum iumentum in sole diutissimè cõfricandum.

Si animal fœno malo lædatur. Cap. LXXII.

[a] *mucidum*

VIciatum aliquoties vel [a] modicum fœnum ad similitudinem veneni animalibus nocet, quorum ista sunt signa: Oculos habebũt vagos & semper micantes, ipse gradus eorũ erit incertus. His de matrice auferendus est sanguis, de brachiolis flebotomandi sunt, & potionandi ita, Caricis in vino odorato decoctis, rursum detritis, abstinendi abhordeo & fœno, dandæ etiã [b] dureticiæ potiones.

[b] *diureticæ*

Si hordeo malo lædatur. Cap. XXXIII.

SImili obseruatione curantur, quæ nimio hordeo aut malo læduntur. Sed hæc etiam in aqua frigida aduersus torrentem diutissimè detinentur. Vtriq; remedium est, pelliculam de ventre pulli siccatam fumo deterere, [c] additisq; octo scrupulis piperis, & quatuor cochlearibus mellis, & vncia pollinis ex thure, cum sextario vini veteris tepefacto per os dare.

[c] *additaq; vncia vna*

[d] Ad Fascinum. Cap. LXXIIII.

[d] *De fascinato animali*

FAscinatum animal triste est, grauatur incessu, macescit, & nisi subueneris incidet in morbum. Bituminis igitur & sulphuris parum cum granis lauri ex aqua defundis per nares. Præterea coriandrum vel semen ipsius cum sulphure & teda carbonibus circumferes, ex aqua feruenti animal cõsperges, suffumigabis. Vniuersis quadrupe-

drupedibus remedium præstat ista sufumigatio, curat, atq; morbis resistit.

Remedium contra omnes morbos. Cap. LXXV.

ADuersus vniuersas infirmitates & morbos equorum vel boum, vbi primũ cœperint ægrotare potio ista succurrit: Radix[a] scyllæ, radices populi, quæ græcè appellatur rhamnos (nam est fuscior & nubellula) & sales communes quantum sufficit mittes in aquã, eamq; animalibus vsque ad sanitatem dabis in potu.] [b]Quòd si desperatas valetudines præoccupare volueris, ne vnquam accidant animalibus tuis, incipiente vere hanc illis præparabis potionem, & per xiiij. dies continuos dabis in potu.

[a] *rhamni, radices squillæ*

[b] M. s. *non habet*

Si animal lædatur cum accipit potionem. Cap. LXXVI.

OStendendum autem est potiones ipsas oportere curatione defundi. Siquidem frequenter euenit, vt dum animalia potionantur, tussiant, [c] sudẽt grauiter & tremorem musculorum omnium patiantur, [d]follientes, & submisso capite se sustinere vix possunt. Quod accidit] si quando per imperitiã artis dantis, potio in arterias & spirituales partes pulmonis resilierit. vnde fit & periculum præsens. Quare obseruandum est ne tussienti iumento & pendenti adijcias potionẽ, sed statim eum soluas, paululumq; deambulet, & magis ei alia potione subuenias: aquę tepidę oleum rosatum cõmisces & agitas, & per os sæpius dabis. Pusca quoq; puleiata nares eius fouebis, & emendabitur culpa. Obseruandum quoque est, vt subtracto hordeo, & negato potu digerit animal potiones.

[c] *salent*

[d] M. s. *non habet*

Si animal mordeatur à venenatis bestiolis. Cap. LXXVII.

PLærunq; à nociuis animalibus, id est, à colubris, scorpijs, sphalangijs, & muribus [e]cæcis animalia feriun-

[e] *cæterisq;*

tur,& in periculum veniunt.Cuius ista sunt signa:,fastidium ciborum, pedes trahuntur, & cum producuntur, succumbũt ad singulos gressus,per nares defluet sanies, grauedo nascitur capitis, ita vt deijciatur ad terram,ad surgendũ uel incedendum deficiunt corporis vires.Generaliter curatio ista succurrit: Locus qui percussus est ante omnia fumigandus est succensis testis ouorũ gallinæ, quæ prius infundes in aceto,addito etiã cornu ceruino vel galbano.Post fomentum loca ipsa scarificabis, & sanguinẽ ex his emittis: vel certè candenti ferro comburis loca venenata quæ pestis attigit. Obseruare autẽ debes,ne aut supra articulos aut neruosis in locis in quacunq; passione vnquam cauterium imponas.Adustis enim neruis vel articulis, perpetua debilitas consequetur.Sed diligenter cõsidera,vt aut superius aut inferius pusillum quàm nerui aut articuli sunt, cum necessitas fuerit,apponas cauteria.Animal autem quod venenata bestiola tetigerit expedit vt sudet, & calidis coopertoriis inuolutus deambulet, & farinã hordeaceam in cibo sumat additis frondibus fraxineis & viribus albis.In plaga autem mel atticum vel cyminum in vino veteri mixtum calefactum oportet imponi.Nõnulli stercus suillum recens & [a] mel atticũ cum vino miscẽt,& calefactũ quasi cataplasma inducunt,addentes vrinã humanam.

[a] melanthium

[b] bupreston

Si [b] bustrepem animal comederit in fœno.
Cap. LXXVIII.

EQuus si bustrepem comederit in fœno vel in pabulo,hæc signa statim sequuntur: Venter ei inflatur,à cibis resilit,& stercora minutatim & frequenter reddit: qui statim sternendus est, & cogendus ad cursum . Pòst ei vena tangenda est de palato leuiter, vt sanguinem suum defluentem transglutiat,assiduè deambulet, triticum cum passo infusum & porros adferes ad cibandũ Vinum

Vinum autem tepefactũ cum vua passa diligenter contritum ad cornu dabis eidem in potu.

Si animal vipera percusserit. Cap. LLXIX.

Vipera si momorderit iumentum, ex morsu eius pus consueuit exire. Nam si prægnans erit, totum rumpitur corpus. Ad morsum tamen viperæ, vel sphalangij, aut muris aranei, commune remedium est, terram formicarum cum vino miscere, & dare per fauces: Vel certè de ipsa terra frequentissimè [a] vuluam confricare. Ad quas causas etiam terra talparũ creditur posse prodesse. Quòd si in itinere aut in locis vbi desit copia fumentorum necessitas ipsa contingit, piperis grana xxx. cum sextario vini veteris tepefacto faucibus digeres, & herbã thymum tritam cum vino si dederis, prodesse creditur. Morsus viperæ vel cuiuscũq; serpentis ostenditur, si humor putidus de plaga incipit currere. Præsens remediũ est, si hedum vel gallum vel agnũ in recenti occideris, & calentes pulmones eius cum sanguine, vel corde, vel iecore vulneri apposueris, diligenterq; constrinxeris vt omne virus educat, daturus continuò potionem: acori pontici semiunciam tritã cum vini veteris sextario, salis triti heminam pariter misces, & tepefactũ faucibus digeris. Si perseuerat tumor, vitem albam syluestrem copiosè comburito, & ex cineribus eius lixiuium facito, & in potionem triduo ad vnum sextarium dato. Cinerem quoq; ipsum cum aceto in modum cataplasmatis vulneri imponito. Si nihil profecerit, cauterijs vrito, vsta sollenniter curato. Farinam quoq; hordeaceam cum vino & sale, oleoq; decoctam in cicatricem oportet imponi [vsq; dum sanus sit.]

[a] vulnera

Si arenũ comederit. Cap. LXXX. araneum

Iumentum si in pabulo araneũ comederit, hæc erunt signa: Totum corpus tumebit, sed circa auriculas, &

oculos,& nares inflatio cum indignatione maior apparet,cui hac ratione subuenis: De palato sanguinem tollas, eumq; exceptum cum sextario aceti & hemina salis miscebis, & circa plagam vel loca tumentia perunges, diligenterq; operies vt sudet. hac ratione sanabitur.

[a] phalangius

Si [a] sphalangius percusserit. Cap. LXXXI.

[b] phalangius.

SI [b] sphalangius iumentum percusserit, his apparebit indicijs: Stat ei veretrum præ dolore,& videbis velle mingere, cui ista ratione subuenies: piperis vnciam. j. piretri vnciam, vuæ syluaticæ vnciam, terito, & cum vino veteri per fauces dato.

De morsu muris aranei. Cap. LXXXII.

MVs areneus pestis venenata, est tam equis quàm bobus noxia, atq; ideo cum captus fuerit mersus necabitur in oleo, ibiq; in putredinem vertitur, ex quo medicamento cum animal mordetur, plaga linitur,& curatur animal. Vel si inuentus non fuerit, cyminum tritum cum pice liquida axungiaq; miscetur, ad spissitudinem malagmatis coquitur, impositumq; à periculo liberat & sanat. Quòd si in suppurationem fuerit plaga conuersa, lamina ferrea candenti aperienda est,& quicquid vitiosum est inurendum, atq; ita pice liquidâ vel oleo curandum: Ne autẽ mus araneus animal mordeat, ipsum animal viuum de creta circundabitur, quæ cum indurauerit, suspenditur in collum, & non continget ur à morsu certissimum est. Aduersus morsum comprobatur, allium tritum cum nitro, & si nitrum defuerit, cum sale & cymino permiscere, atq; ex eo puluere loca, quæ morsu contacta sunt, confricare. Quòd si eruperint vulnera venenata, hordeum combustum in puluerem rediges, & diluto aceto vulneri inspergis,& hac ratione sola curabis, daturus potionem, pol-

linem

linem tritici, hordeum, cedriam, & vini sextari um per fauces digeres. Quòd si prægnans mus araneus fuerit qui percusserit, his agnoscitur signis: Pustulæ per totū corpus exeunt, sed simili, vt suprà scriptum est, ratione curabitur.

Ad ictum scorpionis. Cap. LXXXIII.

SCorpius si iumentum percusserit, his agnoscitur signis: Genua contrahuntur, claudicat, non manducat, de naribus fluent pituitæ virides, vt accumbit vix resurget. Simili ratione curatur sicut serpentis ac viperæ morsus: stercus tamen asininum velocius in plagam oportet imponi.

De morsu canis rabidi. Cap. LXXXIIII.

CAnis rabiosi morsus & iumentis, & hominibus exitium inferre consueuit, vsq; eo vt ipsi qui contacti fuerint [a] hydrophobos faciat, & cōuertat in rabiem: qui hac ratione curatur. Locus qui morsus est, ferreis, vel quod vtilius est, cuprinis cauterijs vrito, in loco tenebroso eum constituito. Sic etiam eum adligabis in tenebris [b] ne quicquam videat. Quòd si canem ipsum occidere poteris, iecur eius decoctum dabis ad manducādum, vel detritum faucibus digeres. Fœni quoq; flores combures, & cum axungia veteri deteres, & ad morsum appones, salutare remediū est. Sed specialiter prodest, si radicem cynorhodon, id est, herbæ quæ appellatur rosa canina effoderis, & lotam prius atq; contusam diligēter, siue homini siue animali, quod rabiosus canis momorderit, in plaga apposueris, contritamq; cum vino veteri propinaueris quotidie ad bibendum. Hac enim sola ratione nec hydrophobus fiet, & imminens crimē euadet. Canis rabidi morsibus subuenit, si tres scrup. nitri iudaici, bituminis scrupulum unum tritū cum he-

[a] *hydrophobicos.*

[b] *& sic ipsum pota vt aquā non videat.*

mina vini veteris tepentis triduo per os digeras. Samsuci quoq; grana vel succũ de folijs aut de cortice exprimes, & cum vino veteri dabis in potu. Sed[a] tunc efficax est hæc potio, si ipsi eo samsuco dederis, quæ non in terra, sed in alia arbore fuerit innata.

[a] tamen.

Si stercus galline animal comederit. Cap. LXXXV.

SI fimum gallinarum animal in hordeo comederit, vel fœno sumpserit, quasi à venenatis bestijs percussum cruciatur continuò, internorum dolor & inflatio subsequitur, ad similitudinem[b], quoq; strophi & volutatio ac tussis asperrima. Aduersus quam necessitatem, apij seminis deteris vncias ij. & cum vini veteris sextario, & hemina mellis temperas, & per os defundis, & tã diu deambulare compelles, donec potio ventrem moueat. Quòd si nimius dolor etiam obroboratio fuerit subsecuta, baccarum lauri[c] libram, nitri selibram, aceti sextarios duos, olei sextarium, diligẽter trita permisces, & ad focũ calefacies, & in loco calido per triduum vnges, & contra pilum diligenter fricabis, certissimũ daturus ex sudore remedium. Aduersus huiusmodi casum physicum remedium experimenta docuerunt: Pullum si occideris vel gallinam, vẽtremq; eius crudum & adhuc calentem cum stercore suo equo vel mulo inuolutum melle digerere per fauces, optimum creditur. Tres pillulas gipsi cum vino veteri deterere, & tepidum per os dare, eadẽ optimè sanare firmatur. Lixiuium quoq; de arbore vlmi, vel cuiuscunq; generis ligni cinerem, dummodo bene[d] cretum, cum oleo miscere, ac liquidum & tepidum defundere per fauces, physicum & salutare laudatur.

[b] strophi sudor quoque.

[c] libra semis, nitri vnciam vnam.

[d] cribratum.

FINIS LIBRI TERTII.

VEGE.

VEGETII RENATI ARTIS VETERINARIAE

Liber quartus.

DE NVMERO ET POSITIONE ossium. Cap. I.

Libri secundi initium vide pag. 56.

IVmentum igitur habet in capite ossa duo, à fronte usq; ad nares alia duo, maxillaria inferiora duo, dentes quadraginta, id est, molares xxiiij. caninos iiij. rapaces xij. In ceruice autē sunt spondili [a] vij. spatulæ renum sunt octo, à renibus vsq; ad anum septem: muscarium habet cōmissuras duodecim. In armis prioribus sunt [b] ragulæ duæ. Ab armis vsq; ad brachiola duo. A' brachiolis vsque ad genua duo. In genibus parastaticæ duæ: A' tibia vsq; ad articulos duo. Bases quæ appellantur numero duæ, [c] vsq; ad pumices vngulæ ossa minuta sedecim. in pectore [d] vnum. Costæ tamen in interioribus triginta sex. Item [e] à posterioribus à [f] cumulari vsque ad molaria duo, à molaribus vsque ad vertebras duo, costales duo. Ab acrocolesio vsque ad gambam duo, à gamba vsq; ad cirros tibiales duo, minuta vsque ad vngulas sedecim. Et sunt ossa omnia centum septuaginta. 170 ossa.

[a] sex, spatulæ & renum sunt octo. A' renib. ad dimidiū sex musculos habet: commissuras verò.
[b] regulæ.
[c] punicæ duæ.
[d] duæ.
[e] in.
[f] columellari.

[g] De numero & qualitate membrorum. Cap. II.

[g] De mensuris & numero.

NVnc mensuras numerumque membrorum oportet exponi. In palato gradus sunt xij. longitudo linguæ habet pedem semis, labrum superius habet vncias sex, inferius vncias quinque, maxillæ singulæ vncias denas, à [h] cirro frontis ad nares habet pedem, auriculæ singulæ continent vncias senas. In oculis autem singulis

[h] M.s. non habet.

vnciæ quaternæ,] à cirro vbi desinit ceruix vsq; ad [a] mercurium continentur [b] calculi octo. Spina continet subter spatulas triginta duas à commissuras renum (quod cumulare dicitur) vsque ad imum [c] muscarium commissuræ sunt xij. [d] Sagulæ longicia vncias [e] xij. ab armis vsq; ad brachiolum vncias vj. à brachiolis vsque ad genua longitudo continet pedem. Ab articulis vsque ad vngulas vncias] iiij. In longitudinem vel prolixitatem pedes sex. Hæc [f] cumetria equi conuenit staturæ honestæ ac mediæ. [g] Cæterùm non dubitatur in buricis minora ista. & in primæ formæ equis esse maiora.

[a] *musculum.*
[b] *subtus arteria duæ.*
[c] *musculum.*
[d] *Ragiolæ longitudo.*
[e] *M.s. non habet.*
[f] *geometria.*
[g] *Cæterùm enim non dubitatur alicui esse minora, et alicui maiora.*

De numero & qualitate neruorum. Cap. III.

NEruorum quoque numerus, qualitas, ac mensura pandenda est. A' medijs naribus per caput, ceruicem, ac mediam spinam, vsque ad imum [h] muscarium descendit filum duplex, quod continet pedes duodecim. [i] Duo nerui in ceruice palmarij continent pedes quatuor.] Ab armis vsque ad [k] geniculum nerui duo: à geniculo vsque ad basim nerui quatuor. In prioribus sunt nerui decem, in posterioribus decem. A' renibus vsque ad testes nerui quatuor. fiunt in se omnes nerui trigintaquatuor.

[h] *ancarum.*
[i] *A' ceruice usque in armos vadit aliud quod est pedes iiij.*
[k] *genua.*

De [numero &] qualitate venarum Cap. IIII.

COnsequenter venarum quoque indicandus est numerus. In palato venæ sunt duæ, [*temporales duæ.*] suboculares duæ, [l] in pectore duæ, [m] de brachiolis duæ, de [n] subcirris quatuor, [o] de talis duæ, [p] de coronis quatuor, [q] de feminibus quatuor, de fœmorib. verò duæ, de subgambis duæ, de [*in cristario*] muscario vna, [r] venæ matricis in ceruicibus duæ. Sunt pariter venæ xxix.

[l] *in narib. duæ.*
[m] *in ceruice duæ.*
[n] *sub cruris.*
[o] *in.*
[p] *in.*
[q] *in femoribus duæ.*
[r] *& sunt omnes xxxij.*

De

lib. 1. cap. 13. sanguinis ... [illegible]
... [illegible]
... cap. 7. ubi ... [illegible]

De indicijs & [a] ætate equorum. *Cap. V.* [a] ætatis.

AEtatem iumentorũ ex dentibus alijsq; signis oportet agnosci, [b] ne velamentis imperitiæ subeamus incõmodum, vel curantes ægrotantis ignoremus ætatem. Quia sicut hominibus, ita & equis aliud conuenit cum [c] iumenta sunt feruida, aliud cum senectute iã [d] frigida. Manifestum est autem notas corporis cum ætate mutari. Pullis enim bimis & sex mensium medij dentes superiores cadunt, quos lactantes vocant. Cum autem quartum annum agere cœperint, decidentibus his qui canini appellantur, alios supponent. Deinde intra sextũ annum molares cadunt. Sexto anno quos primo mutauit exæquat. Septimo omnes explentur æqualiter, & ex eo cauatos habere incipiunt dentes, [e] nec postea quot annorum sint scire ad fidem nullus potest, nisi signis alijs, quæ vsus edocuit. Decimo nanq; anno tempora cauari incipiũt, & supercilia nonnunquã canescere. Duodecimo anno nigredo in medietate dentium apparet. Pleriq; adserunt, domitis & freno assuetis animalibus rugas, quæ in labris sunt superioribus computandas, ita vt ab angulo vbi cœperit morsus incipientes, vsque ad extremum labrum perueniamus, quia annorum numerum rugarum [*numerus*] ostendit. Postremò rugarum multitudine, tristitia frontis, deiectione ceruicis, pigricia totius corporis, stupor oculorum, palpebrarumque [f] caluicie senectus ipsa se prodit.

[b] *vel ementes per imperitiã.*
[c] *viuidi & feruentes sunt.*
[d] *frigidi.*
[e] *postea verò.*
[f] *canicie.*

[g] *De signis quibus cognoscitur patria.* *Cap. VI.* [g] De permutãdis & distrahẽdis equis, & signis patriæ.

IN permutandis equis vel distrahendis, maximã fraudem patriæ solet afferre mendacium. Volentes enim carius vendere, generosissimos fingunt. Quæ res compulit nos, qui per [*occasionem*] tam diuersas & longinquas peregrinationes [*adiuimus*] equorum genera vniuersa [h] cognoscimus, & in nostris stabulis sæpe nutriui-

[h] *cognouimus.*

mus, vniuscuiusq; nationis explicare signa vel merita. Nam vt viliora ministeria taceamus, [a] equestribus usibus vel maximè necessarios constat, prælijs circeis, vel ad bellum [b] Hunnuscorũ longe primo docetur vtilitas patientiæ, laboris, frigoris, famis. Toringos deinde & [c] Burgundiones iniuriæ tolerantes. Tertio loco Frigiscos, non minus velocitate quàm cõtinuatione cursus inuictos. Postea Epirotas, [d] Samaricos, ac Dalmatas, licet contumaces ad frena ac viles, armis [*tamen habiles sunt cruribus, cap.*] ac bellis asseuerant cruribus. Capadocũ] gloriosa nobilitas, Hispanorũ par vel proxima in circo creditur palma. Nec inferiores propè Sicilia exhibet circo, quamuis Aphrica Hispani sanguinis velocissimos præstare consueuit ad [e] vsum sellæ. Persis prouincijs omnibus præstat equos, patrimoniorum censibus æstimatos, tam ad vehendum molles & pios incessibus, nobilitate pretiosos sequũtur Armeni atq; Saphareni] in qua nec Epirotas Siculosq; despexeris, si mores ac pulchritudo nõ deserat. [f] Hutruscis grande & aduncum caput, extantes oculi, angustæ nares, latæ maxillæ, robusta, ceruix & rigida, iubæ vlra genua pendentes, maiores costæ, incurua spina, cauda [g] syluosa, validissimę tibię, paruę bases, plenę ac diffusæ vngulę, ilia cauata, totumq; corpus angulosum, nulla in clunibus aruina, nulli in musculis thori, in longitudine magis quàm in altitudine statura, propensior venter exhaustus, ossa grandia, macies grata, & quibus pulchritudinẽ pręstet ipsa deformitas, animus moderatus & prudens, & vulnerũ patiens. [h] Persis & statura, & positione à cæteris equorũ generibus non plurimũ differt, [i] sed solius ambulaturæ quadam gratia discernuntur à cæteris, gradus est minutus & creber, & qui sedentẽ delectet & erigat, nec arte doceatur, sed naturæ veluti iure præstetur. [k] Inter colatorios enim, & eos quos toronarios vulgus appellat, ambulatura eorũ media

[a] *eques tribus.*
[b] *Volscorum.*
[c] *Burgundios.*
[d] *Zelemeros.*
[e] *ad vsum sellæ Persici prou. om. meliores. Præstat equos cens. æstim. tamen ad vehendum molles, et incessu ipsius nobil. præt. cõsequũtur Arm. atq; Suffumeni.*
[f] *Buruscis.*
[g] *spinosa, validis. coxæ, tibiæ paruæ, bases plenæ.*
[h] *Persus.*
[i] *sola ambulatione.*
[k] *his sicut probatũ est, in breui, &c.*

media est,& cum neutri sint similes, habere aliquid creduntur ab vtrisq; commune sicut probatum est. In breui amplius gratiæ, in prolixo itinere [a] sæuior patientia, animus superbus, & nisi labore subiugatus, assiduè aduersum equitem contumax mens, [b] tumens, prudens, & quod mirum est, in tanto feruore cautissimè decoris est [c] obseruantior, in] curuata in arcum ceruix, vt [mentum] recumbere videatur in pectore.

a minor.

b tamen.

c M.s. non habet.

De temporibus vitæ. Cap. VII.

AEtas longæua Persis, Hunnicis, Epirotis, ac Siculis, breuior Hispanis ac Numidis. Frequens opinio est Barbaricis nulla adhibenda medicamina, quod vsque adeo naturæ beneficio ægroti conualescant, ut eis nocitura sit cura. Sed falsa erat ista persuasio. Nam quanto fortiora membra sunt, tanto diutius viuunt, si ex [d] aere venientibus medela nō desit. Spadonibus tamen inter authores [e] constitit, sanguinem de matrice nunquam, nisi fortè ex nimia & extrema necessitate, tollendum: propterea quòd caloris maximam partem cū testibus amiserunt. De palato tamen si non impediat negligentia, omnib. propè mensibus tam spadonibus, quàm testiculatis, minuendus est sanguis. [f] Admissarij verò si cohibeantur à venere, [g] vbi dematricati fuerint, cæcari sæpe dicūtur: quamuis eo anno quo admissum faciūt, non sit eis vena laxanda, ne generationi intentum corpus [h] cura geminæ necessitatis exhauriat. Studiosis equorum, quæ cura stabuli, qui alimentorum cultus, quæ obseruationis sollicitudo præstanda sit, primus ac secundus indicat liber. Nunc decursis omnibus his, quæ huius artis doctrina possidet, ad compositiones necessariarum potionum medicamentorumq; descendimus, [i] in quibus & explorata congessimus, & ea quæ non tam ad vtilitatem curandi, quàm ob caritatem e-

d ex arte vehemens.

e constat.

f Emissarij.

g nisi de matrice fuerint minuti.

h ex minutione deficiat.

i M.s. non habet.

mendi Mulomedicorum cupiditas instaurat, submouimus. Constat namque non tã multis neque pretiosis speciebus, sed paucis, & ad causam de qua agitur accõmodis posse sanari.] Primum igitur vt pinguia sint iumenta tam in [a] currilibus quàm in [b] sellaribus decet: deinde vt sana permaneant, pòst vt ægrota curentur, confectiones (vt dictum est) medicaminum proferemus electas ex authoribus multis, de experimentis manifestissimis approbatas.

[a] cursibus.
[b] saltibus.

Potio [Chironis] ad reficienda animalia. Cap. VIIII.

TRaditur Chiron ad reficienda iumenta vel curanda, hanc ædidisse potionẽ, qua internos extergeat morbos, qua tussim reprimat, vulsos ac tussicos curet: Ptisanæ [c] sextarium, lini seminis heminam, croci vnciã unam, intestinũ porcinum recens, quod longanonem vocant, prius diligenter lotum, vel acronem: quæ si in præsentia fortè non suppetunt, hedinum caput cum pedibus & intestinis ac ventre, & diligẽter quasi ad hominum vsus curatum, in cacabum mittis, addes superioribus hyssopi fasces duos, cochleas germanas purgatas quindecim, bulbos quindecim, ficus duplices viginti, rutæ fasciculum vnum, baccarum lauri sextarium vnum tritum, dactylos viginti, alliĳ purgati capita tria, sepi caprini vncias sex, pulegij sicci fasciculum. Quę omnia trita decoquis in aqua cisternina vel cœlesti, donec liquefacta carne defluant ossa: sed aquam sæpius adĳcies, ne medicamentum vstura constringat. [d] Sed cum spissum videris, colabis, abiectisque excrementis & ossibus, tracanti vncias tres pridie calida infusas vt inturgescat & solui possit, adĳcies, passi sextarios tres, oua cruda sex, olei rosatĳ oua plena sex, butyri resoluti vncias tres, [e] anagallici vncias tres, amili vncias tres, puluetis quadrigarĳ vncias tres, [f] lomenti fabæ, id est farinæ sextarium:

[c] sextarios duos.
[d] cum.
[e] symphiti triti.
[f] pollinis fabæ.

sextarium: hæc omnia ita temperabis, vt per cornu defluant & sextarios singulos ieiunis animalibus per triduum dabis. Et si volueris septem diebus interpositis repetis, & das à capite potionem. Iumenta à morbis vindicat & custodit: Gentianæ, aristologiæ rotundæ, myrrhæ troglodítis, rasuræ eboris, & baccarum lauri æquis ponderibus puluis immixtus, ex quo grande cochleare plenum sumis. Addes hyssopi triti scrupulos quatuor, mellis vel passi vncias tres, vini sextarium,[a] gisni resoluti pastillum vnum,] post cursum siue post laborem conditi bene[b] piperati heminam adijcies, æstate[c] roris vel absynthij tantundem, & per os dabis ad cornu. Si æstu animal fatigatur, puscā cum pulegio trito misces, naresq; & faciem confouebis, oua quoq; trita cum hemina vini veteris optimi faucibus infundis, vt per oui refrigeriū vini virtus accrescat. Maciem languoremq; depellit, si semiunciam sulphuris cum myrrhæ scrupulis iiij. in puluerem resolutis ouum crudum & vini veteris sextarius addatur, frequenterq; per fauces detur. Diapenton[d] est (vt suprà retulimus) necessariū pluribus causis ac morbis, & semper diligenti confectione seruandum: Gentianæ, aristologiæ rotundæ, myrrhæ, rasuræ eboris, & baccarum lauri, de recentibus speciebus in vnū redactis minutissimus puluis, ex hoc febrientibus plenum cochleare cum tribus vncijs mellis, & aquę tepidæ sextario, in qua radices iunci, & apium sufficiens decoctum fuerit, per os dabis, ita vt triduo similiter cura procedat. Idem puluis si vltra cochlearium cum sextario vini veteris, & olei viridis hemina detur, animal à quibuslibet venenis, vel serpentum, aut[e] bestiolarum morsibus liberat. Cui si piperis atq; pulegij, necnon etiam cymini pulueris aliud cochleare addideris, & cum vini veteris sextario dederis, omne frigus expellit.

[a] *fac pastillos pensatos quēlibet unc. j. ex quibus vnum*
[b] *præparati*
[c] *olei rosati*
[d] *quod*
[e] *mustellarum*

Ad tußim & vulsos. Cap. IX.

TVſſim quoq; inſanabilem cura cum hemina paſſi, & tribus vncijs olei & ouo crudo, ſi per triduum defundis faucibus, addito fabę polline, & fœnogræco binis cochlearibus. Præterea valde tuſſientibus prodeſt fabæ frixæ ſextarius ſine ſale coctus, ſepi caprini vnciæ iij. [*butyri vnciæ iij.*] allij purgati capita 3. decocta cum ſucco ptiſanæ, data per triduum. Quo medicamento validius creditur: ficus ſiccæ pondera 2. fœnigræci ſextarium, tracanti vnciam, pridie in calida infuſa, [a] anagallici vnciam, rutę viridis faſciculum, apij faſciculos tres pariter in aqua diutiſſimè decoques, & faucibus per triduum defundes. Curare etiam vulſos creditur, ſi [b] ſeptem vncias cineris mundiſſimi [*ex vlmis*] colligas, addasq; olei vncias tres, bulbos tritos vij. anagallici vnciam, butyri vnciam, ſepi caprini vnciam, mellis vncias 3. plantaginis viridis tritæ vncias 3. paſſi heminam, ptiſanæ vel lini ſeminis heminam: quæ ita temperata vt per cornu defluant, per triduum, vel ut neceſſitas cogit per plures dies, ieiunis ſingulos ſextarios dabis. Deſperatam tuſſim ſæpe curauit potio vilis ac facilis: pulueris ex faba vncias ſex, pulueris ex fœnigræco vncias ſex, enulæ tunſę pulueris vncias 6. pulueris anagallici tunſi vncias 3. butyri vncias 6. quæ omnia cum tribus boni vini ſextarijs additoq; paſſi ſextario [c] vno ſemis, pariter agitabis, & vni equo ieiuno ante lucem bina cornua per os dabis, donec omnem ebibat. [d] Potionem. Curam quoq; non parum profuiſſe experimenta docuerunt, hac ratione compoſitam: fabę frixę ſextarium ſine ſale decoques, addesq; ſepi hircini reſoluti vncias 3. butyri vncias v. in mortario deteres vniuerſa. Præterea fœnigræci ſextarium bene purgatum feruere facies, primamq; aquã inter initia feruores effundes, addesq; aquę ſextarios v. pinguiſſimas caricas xx. & liquiritię vncias [e] x. pariter decoquas

[a] *ſymphiti*
[b] *ſex*
[c] *vno*
[d] *Potionẽ hanc*
[e] *tre.*

coques, donec aqua ad [a] tres sextarios redigatur: in mortario deteris fœnigræcum, liquiritiã & caricas, miscesq; cum faba, superfundis etiam calidam in qua caricę cum cæteris coctę sunt: cõparatisq; omnibus si liquor spissior fuerit, tantum passi addis, vt per cornu facile possit exire. diebus plurimis ex eo per os singulos sextarios tussientibus dabis. [a] *quatuor*

Ad cossos, vermes, vel tineas. *Cap. X.*

COssos, vermes, vel tineas, cęteraq; animalia ventris extinguit, si heminam cineris ex oliuę ligno arido collecti, cum hemina olei viridis per triduum dabis ad cornu. Alia quoq; confectio, [b] sed æquę sępe mortiferam liberat passionem: pulueris santonici, itemq; absyntij pontici, necnon lupini crudi, & herbę centaureę, & erui pollinis, & seminis raphani binas vncias mittis, addisq; cornu ceruini vnciam. [*apij seminis vnc. I*] sinopidis pontici pastillos tres, opopanacis semiunciam, vini tenetani vel alterius austeri sextarios 2. olei viridis sextarium, quę tepefacta ita animali defundis, vt per os cornu accipiat, in [c] cliuo constitutum, quatenus succus facilius ad interiora perueniat. Postero die idem animal constituatur in cliuo, & per clysterem [*intestino*] illius tepidę potionis sextarius ingeratur, quatenus alternis diebus ex vtraq; parte iniecta potio, [d] coagulare quod appellatur,] possit infundere, in quo illæ noxiæ bestiolę [e] coguntur, & pertuso ventriculo excruciata doloribus animalia [f] pereunt. Est & tertia confectio non minus valida: Radicis capparis siculi, vel baccas cum folijs ad vnam librã deteris, pariterq; cõmisces, addisq; [*sextariũ vini, capparis heminã & seminis erucæ: tere simul, misce addens aceti H-S.*] aceti sextarios 2. Quòd medicamentum interdũ per os (sicut superius dictũ est) interdũ per intestinum inijcis animali, vt internos hostes potionis austeritate consumas.

[b] *quæ eandem*
[c] *decliui*
[d] *longaonem*
[e] *cõgregantur*
[f] *perimunt*

Aduersum omnia genera morborum. Cap. XI.

ADuersum omnia genera morborum salutaris confectio præparanda est, vt inter ipsa initia ex conditis possit occurri. [a]Causa enim medicinæ quærenda est] Myrrhę libram, thuris masculi libram, mali punici corij tunsi lib. piperis vncias iij. croci vncias iij. acatiæ rufę selibram, [b] cathimiæ butrotis selibram, [c] resinæ vstæ selibram,] absynthij pontici selibram, [d]pulueris serpilli selibram, betonicæ selibram, centaureæ selibram, sagapini selibram, saxifragæ selibram peucedani selibram, quæ omnia bene tunsa & cribrata in mellis optimi iij. sextarijs misces, & ad carbones leuiter paululum coquis, post in vase stagneo vel vitreo condita seruas, ex qua confectione morbidis [*etiam*] si febriũt[e] ad diem singula cochlearia maiora cumulata cum hemina aquæ tepidæ & olei floris tribus vncijs dabis. Quòd si absq; febre sunt morbidi, vel conualescere etiam cœperint, cum vino & oleo plurimis diebus dabis, donec animal liberetur. quàm validissimam & approbatam noueris potionem.

[a] *Cassa est enim medicina, quæ sera est*

[b] *casmiæ butyri*

[c] *M s. non habet*

[d] *M. s. non habet*

[e] *diebus singulis*

Confectio suffimentorum salutaris. Cap. XII.

SVffimentorum compositio fascinum pellit, lustrat animal, fugat dæmones, submouet morbos. Odor nanq; fumi ac spiritus per os ac nares ingrediens, penetrat ad [f]vlcerũ omnes recessus, ac curat sæpius loca, quæ potiones non potuerunt curare. [g] Etiam in hominibus suffimentorũ vapor præcipuè sequitur.] Deniq; desperatos & periculosissimos morbos, aut sicut Mulomedici adserunt, non ex pabulo aut aquarum vitio, sed aëris corruptione descendentes. Et ideo facilius languorem quem pestilens morbus ingessit, suffimenti salubris huius curat adflatus. Ac talis compositio suffimentorum: Sulphuris viui libram, [h]bituminis iudaici libram,] opopanacis vnciam, galbani selibram, castorei selibram, ciceris

[f] *viscerum*

[g] *nec tangere. sicut etiam in hom. suff. vapore præcipue sanatur*

[h] *M. s. non habet*

[a]ciceris crudi selibram, albitis] selibram, salis armoniaci vnc. iij. rasuræ cornu ceruini vnc. iij.[b] sinopidis vnc. iij. gagatis fœminæ vnc. iij. lapidis gagatis vnc. iij. lapidis ematitis vnc. j. lapidis sideritis vnc. j. lapidis argeritis vnc. j. caballiones marinos 7.[c] stellas matinas iiij. pallas marinas vij. caudas marinas vij. vngues marinos vij. vuæ marinæ vnc. iij.[d] medullæ tedæ pineæ pondera iij. cedriæ] pond. iij. picis liquidę pondera.[e] iii. ossa sepiæ vij. hęc siccata pariter deterũtur atq; miscentur, ex quibus vnũ cochleare, cũ opus fuerit, viuis carbonibus aspergis, & cooperto capite, vt fumũ per os naresq; suscipiat animal suffis. Quòd suffimentũ præter curam iumentorum, sanat incurrentes hominũ passiones, grandineq; depellit, demones abigit & laruas.

a eris crudi se libram, sulphuris vnam, therbinthinæ
b lapidis gagatis fœminæ & maris ana vnc. tres
c stineos, caballos marinos ana vnc. vij.
d pineæ, cedriæ ana
e duo

Compositio pulueris quadrigarij. Cap. XIII.

QVadrigarium puluerem vocant, qui ex diuerso pigmentorum genere mixtus & per se adiuuat animalia, & alijs potionibus pro modo vel curatione miscetur. Huius Chiron talem compositionem saluberrimam[f] credit: Tracanti pondera iij. aloë vnc.[g] vj. myrrhæ vnc. vj. & ℈ j. costi vnc. j. & ℈. j.[h] armoniaci vnc. j. & ℈. j.[i] cassiæ vnc. j.[k] & ℈. gentianæ lib. j. aristologiæ lib. centaureæ lib. betonicæ lib. saxifragæ libram, samsuci lib. opij lib. abrotani lib. eupatorij vnc. vj. cardamomi vnc. vj. folij vnc. iij. spicæ nardi vnc. iij. spicæ celticæ vnc. vi. asari lib. dauci vnc. iij. castorij vnc. vi. opopanacis vnc. vi. galbani vnc. vi. strutij vnc. vi. panacis radicis vnc. liquiritiæ vnc. vi. absynthij fasces iii. succi herbæ peristerei siccæ & cribratę vnc. v. hæc omnia pariter conteres, & diligentissi-

f dedit
g septem
h Amomi, myrrhæ, costi, casiæ, ana vnc. vij.
i casiæ
k gentianæ aristolochiæ, meliloti, cẽtaureæ, betonicæ, saxifragiæ, cynaritos, synapis succi, hysopi, abrotani ana lib. j. Eupatorij Cardamomi ana

vnc. v j. folij, spicenardæ ana vnc. iij. spicæ celticæ vnc. v j. Asari lib. j. Dauci vnc. iij. Castorei, oppopanacis, Galbani, strictij, radicis panacis ana vnc. v j. Liquiritiæ, aristolochia longæ ana vnc. iij. absinthij fasciculos iij. Succi perysterreon cyathos duos, radicũ peristerion vel foliorũ pulueris vnc. v j. hæc &c.

[a] M. s. non habet

mè in vase vitreo vel stagneo seruabis. [a] Pelagonius verò quadrigarij pulueris eiusmodi composuit confectionẽ: Cinnamomi, spicæ syriacę, spicæ indicæ, croci siculi, myrrhæ troglodıtis, scieni, piperis nigri, piperis longi, mannę croci, betonicę, catię nigræ, trixaginis, folij, nardi lentici, id est, cepe indici, nardi, storacis, acori pontici, thuris masculi, iris illyricę, thymi cretici, piperis albi, calami aromatici, asari pontici, petroselini, mannæ croci, mali terreni, gentianæ, rosæ aridæ, cassiæ fistulę, enulę: omnia æquis ponderibus pro modo animalium misces, conteris, cribras, in pixide vel vitreo dolio condis, & cũ opus fuerit, singula cochlearia, vel amplius, si vires patiuntur iumentis singulis dabis, addito vino & oleo. Interdum alijs potionibus misces si ratio artis vel cura mandauerit. Absirtus quadrigarium puluerem hac ratione composuit: Folium, spica nardi, crocus, piper album, piper longum, piper nigrum, opopanacis radıx, cassia nidafantis, cassia marmalitis, cassia nardina, irisillyrica, apij semen, malum terræ, peucedanum, sauina, gentiana, herba rosina, thymum, myrrha, trixago, costum, thus masculum gessemantium, malum punicum, calamum aromaticum, rosa sicca, ruta agrestis, petroselinum, aristologia longa amomum, calamum syriacum, herba artemisia: hæc omnia pro numero animaliũ præparas æquis ponderibus intermisces & tundis, cribrasq́;, & seruabis, aduersus passiones vsurus.]

[b] smyrnæ & thuris ana vnc. v j. Bdellij vnc. ij. Cecæ propoleos vnc. ij. Opponacis vnc. ij. Castorei, Galbani, stiracis ana vnc. ij. Medullæ ceruinæ pondo ij. Axungiæ pond. ij. Resinæ pond. ij. Therebenthinæ lib. j. Resinæ abietis lib. j. Visci vnc. iij.

Compositio Caustici. Cap. LXXVIII I.

CAusticum humectata siccat, laxata constringit, luxata parat, læsa cõfirmat. Huius Chiron talem compositionẽ demonstrat: Bituminis Iudaici pondera duo, bituminis apollonij pondera duo. [b] mannę thuris vncias sex, bdellij arabici vncias duas, medullę ceruinę pondera duo, propulei vncias duas, galbani vncias duas, guttæ sto-

tæ storacis vncias duas, cerę cõmunis pondera duo, resinę cabialis libram vnã, visci italici vncias iij. apoximę vnc. duas, succi hyssopi vnc. 2. guttę armoniacę vnc. 2. picis [a] brittię libram. [b] Pelagonius causticum, quod suffusiones vesicasq; siccaret in genibus vel articulis, hac ratione cõposuit: Cerę punicę libram, resinę pondera duo & semis, galbani vnc. iij. asphalti iudaici pondera 2. myrrhę secundarię pondera 2. bituminis librã, armonici vncias 6. costi vncias 6. Verũ cætera decoquis in cacabo fictili nouo, qui cum refrixerit, addis asphaltum & armoniacũ & costum pro mensura, qua scriptũ est, tritum ad modum farinæ, & agitabis, & iterum coques vt sit vna substantia, quo vteris aduersum venas & vesicas & suffusiones, quæ nascuntur in genibus, aut in tibijs, aut inter nodos, aut in articulis, vsq; eo vt ossulaginẽ curare credantur. Malagma quoq; causticum hac voluit ratione cõponi: Picis pondera duo, ceræ pondera ij. galbani vncias iij. resinæ librã, adipis taurinæ pondera ij. bdellij vncias vij. thuris pollinis vncias iij. resinæ terebinthinæ vncias sex, visci pondera ij. glutis vncias iij. Absirtus huiusmodi causticum hac ratione composuit, glandularis resinæ frixæ vncias iij. picis duræ vncias iij. bituminis iudaici vncias iij. euisci vncias iij. galbani vncias iij. bituminis græci vncias iij. hæc omnia in vino decoquis. Bitumen verò contundis & superimmittis.

[a] brutiæ
[b] liquefacienda liquefac, puluerem aliorũ addens agita & coque, vt sit vna substantia, quo vteris aduersus vesicas & suffusiones quæ nascuntur in genibus & tibijs & nodis & articulis, & glandulas & ossilaginem curare creditur.

Compositio malagma. Cap. XV.

COmpositio malagmę ad tumores [c] duros & veteres: Galbani vncias duas, resinæ libram, armoniaci selibram, picis [d] britiæ selibrã, ceræ libram semis, olei quod tẽperare possit. Item malagma ad tumores duros & veteres Galbani libras ij. armoniaci selibrã, resinæ terbinthinę selibrã, opopanacis librã, storacis librã, ceræ rufæ libram bdellii lib. piperis albi [e] vnc. j. baccæ

[c] neruorum
[d] brutiæ
[e] & longi vnciam vnã. baccæ lauri lib.

[a] brutiæ.

lauri lib. piperis longi vnc. I. picis[a] britię selib. olei irini quantum sufficit.

Compositio Collyrij fistularis. Cap. XVI.

COllyrium fistulare, quod conficitur vt mittatur in fistulas vulnerum, quæ ab initio curata fuerint negligenter. Formatur autem ad mensuram ipsius fistulæ, vt cum immissum fuerit eadem possit implere, vt celerius iam consumpta duricia, caro viua ducat solidam cicatricem:[b] Misi libram, fęculæ lib. eruginis lib. calcitis libram, cymini vncias sex: teres cum aceto, & collyria facies. Item aliter componitur collyrium fistulare: Misi, [*terebinthinæ*] eruginis, calcitis lib.] singulas, mellis vnc. sex.[c] zungitis pondera duo coquas ex vino veteri, pastillosq; inde facies fistulis inserendos.

[b] M. s. non habet.

[c] lactis.

Compositio malagma cruda. Cap. XVII.

CAlcis viuæ libras duas, sinopidis alexandrini librā, ficus siccæ vncias VI. axungiæ quantum sufficit, immisces, coutundis, & vteris.

Compositio syncrisma. Cap. XVIII.

CEræ rufæ pondera duo, resinæ frixę pondera duo, olei lauriui libram, sepi taurini libram,[d] axungiæ libram,] medullę ceruinę lib.[e] olei cyprini, eruginis, hyssopi, axungiæ veteris libras singulas:] hæc omnia pariter ad carbones decoquis, & vteris.

[d] M. s. non habet.

[e] olei cyprini lib. s. eruginis lib. I. axungiæ vet. lib. vnam.

Compositio[f] Traumatici. Cap. XIX.

TRaumaticum medicamentū curationi vulnerum valde conuenit. Nam[g] absumpta putredine, viuam carnem ad sanitatē reducit. Huius talis est compositio: Misi libram, calcitis pondera 2. eruginis libram, pariter colabis, & supra tegulam in ignem pones, & coques vt rubeum

[f] Tragmantici

[g] consumpta.

rubeum fiat. Pôst in mortario teres, & ad similitudinẽ farinę puluerem facies. Deinde duos sextarios mellis in olla noua coquis cum vino, & cũ feruere cœperit, puluerem suprascriptum agitabis, & pariter decoques, refrigeratoq; ad cancromatas plagas, ad famicem & cicatrices reducendas vteris. [a] Traumaticum quoq; hac ratione componitur: Misi, cathimiæ, aloes (acori) libras singulas, eruginis libras ij. calcitis libram, mellis lib. ij. in olla noua decoques, refrigeratoq; vteris.]

[a] M.s. non habet.

Compositio malagmæ Basilicæ. *Cap. XX.*

MAlagmæ quoq: istiusmodi compositio approbata est: Mellis libram, galbani, [b] storacis, bdellij, piperis albi singulas libras, armoniaci pondera duo, medullæ ceruinæ, baccarum lauri ana libram, thuris pollinis vncias ij. sepi caprini vncias. v.

[b] propoleos.

[c] *Compositio alia malagmæ.* *Cap. XXI.*

[c] M. s. non habet, sequentia tria cap.

MAlagmæ quoq; medicamentum hac ratione componitur: Armoniaci vncias tres, ceræ libram, nitri floris vncias 2. resinæ terbentinæ pondera duo, storacis vnc.3. baccarum lauri vnc.6. olei cyprini vnc.3. olei laurini vnc.3. medullæ ceruinæ vnc.6. olei rosati vnc.3. adipis anserinæ vnc.6. hyssopi vnc.4. adipis ceruinæ vnc.6. opopanacis vnc.6. piperis albi vnc.2. galbani vnc.3. axungiæ veteris libram, aceti acerrimi heminam, thuris masculi vncias quatuor.

Compositio prima anacollimatis. *Cap. XXII.*

ABsirtus compositionem anacollimatis eiusmodi composuit & prodidit: Floris nitri sextarium, opopanacis vncias tres, croci siculi vnc.2. piperis albi vnciã, pollinis thuris vnc.3. cochleas cõtusas x. bulbos xx. auellanas xx. quæ omnia contusa & permixta, si aceto tem-

peratis, diuulsa coniungis. Efficacius tamen est, si locis dolorosis emissum sanguinem ipsius animalis addideris. Compositio syncrismæ. Storacis vncias 4. armoniaci vncias tres, medullæ ceruinæ vncias 2. olei glaucini vnc. 6. olei cyprini vnc, iij. seui taurini vnc. 3. resinæ terbētinæ vnc. 4. adipis vrsinæ vnc. iij. adipis leoninæ vnc. 4. propulei vnc. iij. olei veteris vncias 6. axungiæ veteris libram, olei sauirensis lib. opopanacis, galbani vnc. iij. hęc ad carbones lentis vaporibus decoquuntur, & vnctionem saluberrimam præstant.

Compositio malagma cruda. *Cap.* XXIII.

COmpositio malagmæ crudæ talis est: ceræ punicæ selibram, armoniaci selibrā, bdellij vncias tres, storacis vncias 2. sagapini vnc. 4. thuris pollinis vnc. 6. olei veteris vnc. 4. populei vncias 2. medullæ ceruinę vnc. 6. sepi taurini vncias 2. resinæ frixæ vnc. 2. adipis vrsinæ vnc. 2. adipis leonis vncias 2. opopanacis, baccarum lauri ana vnc. 2. olei cyprini vnc. 4. gentianæ vncias tres, resinæ colophoniæ vnc. 6. galbani vncias 6. Item alia cōpositio malagmæ: Ceræ, armoniaci ana lib. storacis vncias 6. sagapini vnc. tres, thuris pollinis vncias tres, medullæ ceruinæ vnc. 4. opij hispani vnc. 2. populei vncias 4. sepi caprini vncias 6. galbani vnc. 6. picis [a] britiæ vnc. 4. resinæ terbentinæ vnc. tres, resinæ frixæ vncias 4. aceti acerrimi vncias 4. olei lentiscini vncias 6. olei irini vncias quatuor.]

[a] *brutiæ.*

Compositio malagmæ ad vligines. *Cap.* XXIIII.

urigines / unigines:

COmpositio malagmę ad vligines. Salis afri lib. 1. bulbi libram [*nitrum*] sulphuris libram vnam, misi libras duas, olei libr. his coctis diligenter vteris.

Compositio

Compositio malagma ad neruos. *Cap. XXV.*

SVlphuris viui, [*nitri*] aluminis, resinæ, picis [a] britiæ ana lib.1. ceræ pond.2. medullę ceruinæ lib.1. hæc omnia pariter diu agitas aut verberas.

[a] *brutiæ.*

Compositio [b] *Traumatici.* *Cap. XXVI.*

COmpositio [c] traumatici. Gallæ vnc.4. æris vsti vnc. [d] iij. corticis mali punici vnc. iij. misi vnc. 4. vini vnc.1. aceti vnc.iij.] in olla noua excoquis & vteris.

[b] *Tragmanti-ci.*
[c] *Tragmantici.*
[d] *corticis mali pun. misi ana drachmas tres, vini, aceti ana vnc. tres.*

Compositio Collyrium. *Cap. XXVII.*

C[e] Ompositiones collyriorũ Absirti, Pelagonij, Chironisq; subiecimus. Ad album enim de oculis tollendum & abstergendum Absirtus tradidit: nuces auellanas combustas donec redigantur in cineres, in mortario deteres, addesq; mannæ thuris idem pondus, quæ diutissimè trita, & melle optimo adiecto comprehendantur, & sic inungatur animal. Idem Absirtus eiusmodi collyrium laudat. Piperis albi grana 8. mellis attici vnc.2. croci vnc.2. sepiæ marinæ (diligenter statissim) & rutæ vncias 2. balsami vnc.1. Pelagonius tale collyrium monstrat. (propter) Oleum, sal, resinam, cerusam, opobalsamum, addito melle, deteris atque componis, alternis diebus inducis usque ad sanitatem. Nardinum quoque collyrium hac ratione composuit. Violæ vnc.1. spicæ nardi vncia semis, cassię, myrrhæ vnc. tres, croci vnc. tres, olei cyprini vnc.6. piperis albi vncias duas, cymini vncias tres. Item alia collyria composuit: opobalsami, croci, myrrhæ, salis Hispani, lepidis, ossis sepiæ singulas vncias, cathimiæ vncias duas, afronitri vnciam vnã, mellis attici libram. Chiron etiam vetera glaucomata hac collyrij indicat confectione purgari. Cornu bubulini extremum, vbi solidũ est, combures, [*& terebis*] ac thuris masculi puluerem, stercoris quoque humani

[e] *M. S. principiũ huius cap. non habet.*

[a] myrrhæ.
[b] M.s. non habet.

combusti & salis armoniaci [a] pari mensura puluerem facies,] piper longum, ossa sepiæ, flos æruginis. [b] vetus vinum] crocus, ruta, [*ana*] pariter detrita cõmisces, addito optimo melle quod sufficit, & inungis. Aliud quoque collyriũ simile composuit. Ossa sepiæ marinæ, crocus, myrrha Troglodytis: itẽ sal ac stercus crocodili, hæc omnia pariter ac diutissimè deterũtur, & bene trita cernuntur, additoque optimo melle vnctionis vtilitatem animalibus præstat. [c] Licet parua & propè nulla de his, quæ diuersi authores retulerunt (præterissent) doceamus, tamen quæcunq; videbantur probata conscripsimus. Verum ne longior liber confusionẽ magis legentibus, quàm instructionem videretur afferre, modũ plenum credimus faciendum.] Aliud iterum verumque commonentes, vt diligenti curâ passionum occurratur exordijs. Nam etiam incurabiles ægritudines, si præsentes fuerint vi, medentis arte vincuntur. Inueteratas causas etiam faciles, curari sæpe non posse legi.

[c] In huius libri fine monemus.

Alia quadam medicamentorum genera.

Cephalicum, quod facit ad omnia vulnera difficilia claudẽda & supplenda. Herbæ panacis radices, thus masculum, myrrham, pollinem erui, rosæ folia arida bene trita & cribrata: hic puluis confectus difficilia vulnera claudit ac curat. Nunc etiã si melle decocto, & huic medicamento mixto collyrium facias, & altis sub vulneribus fistulæ subijcias, citius supplere & sanare cogit.

Medicamentum consuetum, in vsu quotidiano necessarium, propter compendium & moras ita facies: Eruginem, chalcitem, æris florem, æs vstum: hæc bene trita & cribrata equo pondere catastalticũ faciunt, quod carnem supercrescentem comedendo essonet. Hoc idem cum aceto & melle decoctum ad mellis crassitudinẽ, facies medicamentum, quod facit ad omnia vulnera &

cancros

cancros elympidanda, & ossa scabrosa,

Chlora medicamentum quod facit ad omnia vulnera complete lympidanda, vel sine difficultate claudenda, ceram punicam, resinã terbentinã, medullam ceruinam, eruginem, oleum, ita conficies quantum sufficit.

Tetrapharmacum, quod facit ad omnia vulnera elympidanda, & velocius curanda (* valde per hoc medicamentum cataloticum) adipem taurinam, ceram, picem, oleum. Igitur medicamentum, quod supra dixi cataloticum est.

Glicium, quod facit ad omnia vulnera sordida & cãcrosa: amurcam, salem, acetum: his mixtis quantum volueris ad crassitudinem mellis vteris.

Ossoclare medicamentum, quod facit ad omnia ossicula, & (* darscus quo loco factum si deijciendum volueris) picem liquidam, axungiam veterem, eruginem bene tritam & admixtam, colas bene coctum, post decoctionem suprascripta. purgat vulnera diligenter.

Stypticum, quod facit ad omnia vulnera humecta, & fongos exiccandos: Alumen scissum, gallas minores, cortices mali granati, subcorticẽ de ipsa arbore. hęc omnia trita, puluis ipsius vulnerib. exiccãdis valde prodest.

Medicamentũ quod facit ad omnia vulnera claudẽda: Absynthiũ, sinopidẽ lepidã hęc tria bene cõmixta faciũt medicamẽtũ siccũ, quod ad omnia vulnera ꝓdest.

Implectoricum medicamentum, quod facit ad omnia caua supplenda: Pollinem thuris, pollinem herbi, lepidam. hæc bene trita medicamentũ faciunt ad supplenda vel elympidanda vulnera.

Ad oculorum rupturas, & tuniculas seruandas prodest, si fel caprinũ lacti caprino misceatur, & sic penna nigra oculi inungantur. Ad oculorum album siue glaucomata sic facies: vini sextarios 4. garioforis sextarium vnum, mellis vncias 4. pariter decoquis & vteris. Ad (Vecentem) ocularem percussum: Croci, myrrhæ, thu-

ris masculi,gummi, medullæ veruccinæ, anagallici succi,mellis,cardami,binas vncias.

Syncrisma: Ceræ rufæ pondera 2. axungiæ pondera 4.opopanacis vncias 2.olei veteris pond.2.galbani vnc. 3.myrrhæ pond. 4. armoniæ pond. 3. olei cyprini pond. 4.medullæ ceruinæ pond.2. hyssopi pond.2. storacis põdus 4. olei lentiscini pond.4. *Ad alia genera:* Galbani pond.2.opopanacis pond.1.ceræ pond.4.medullæ ceruinæ pond.3. thuris masculi pond.2. piperis albi pond.1. resinæ terbentinæ pond.3.storacis pond,1.adipis anserinæ pond.semis,euforbíj vnc.6.adipis leoninæ,mellis,castorei libras singulas, olei myrrhæ lib.2. olei lentiscini pond.2 olei syriaci lib.2.olei veteris lib.2.olei mellini põdera 2. olei storacis pond.2.opíj pond.3.

Lipparia sic facies: Spumæ argenti pondus 1.cerusę vncias 2.vini sextarios 3 olei pond. 3. & semis,omnia cõficies, & sic vteris. Alio genere sic facies: Spumã argenti,cerusam,thus masculum,acetum album, oleum. hæc omnia in vnum conteres, & cum vino mellicrato admisces,& sic vteris.

Traumaticum sic facies: Chalcitidis pond. 1. misi pond. 1. semis, eruginis vnciam 1. stercoris columbini pond 1.adarcis vnc.3.& scrupulos 3. decoquis vnà,& sic vteris. *Item alio genere ad flegmonas tollendas:* Sinapis alexandrini vnc.6.fici afrę vnc 3.axungiæ veteris vncias 6.aceti scrup. 3. *Item alio genere ad verrucas tollendas:* Floris chalcitis vnc. 2. nitri vnc. 2.lasari vnc. 3. aceti heminam. *Item alio genere ad suffraginosos:* Eruginis, aluminis ana pond.5.herbę syderitis,ferrariæ pond. 1.aceti acri sextarium vnum. *Ad flegmonas discutiendas:* Radicis, erui, axungiæ, aceti acris, linis in linteo,& sic vteris. *Causticum ad neruos crassos, vel quacunque in notitia sunt:* Galbani, opopanacis, medullæ ceruinę, resinæ terbentinę,armoniaci,propulei,violæ,thuris pollinis bina põdera,resinæ frixæ pond.5.bituminis pond.3.

picis

picis duræ pond. 5. resinæ pituinæ pond. 5. ceræ pond. 5. olei cerini pond. 3. incomij pond. 2. storacis pond. 2. visci pond. 2. *Ad neruorum dolores*, Galbani, storacis, violæ, propulei, resinæ singula pond. colophoniæ vnc. 6. resinæ terbentinæ pond. 6. opopanacis pond. 1. thuris pollinis, hyssopi, armoniaci, baccæ lauri singula pond. picis britiæ pond. 1. & semis, vini (inei) pond. 1. semis, resinæ bituminis pond. 1. hæc omnia in vno cacabo coques, in linteolo induces calida.

Malagmam cotticam sic facies: Ceræ albæ, galbani vncias singulas, resinæ terbentinæ pond. 2. adipis taurinæ pond. 3. hyssopi pond. 2. bdellij pond. 1. semis, iris illyricæ pond. 2. adipis anserinæ pond. 1. hæc omnia decoquis & vteris. *Ad neruorum dolorem*, Ceræ vnc. 6. adipis ceruinæ vnc. 3. galbani, piperis, armoniaci, resinæ terbentinæ vncias ternas, tracanti vnc. 5. singula cõtundis, permisces, & vteris. *Ad neruos vexatos*, Mentæ, galbani, rubricæ, storacis, violæ ana pond. 6. similaginis pond. 4. Hæc omnia cum similagine & vino decoques in cacabo, & liquida facies, deinde similaginem & vinũ in vnum permiscebis, inlinis in linteolo, & alligabis feruentia. *Ad tumores* sic facies: Ceræ vncias 6. adipis ceruinæ vnc. iij. galbani vnc. iij. violæ, piperis albi vncias ternas, armoniaci vnciam, resinæ terbentinæ vnc. iij. storacis vnc. iij. gentianæ vnc. I. singula contundis, postea permisces in vino, & sic vteris. *Emplastrum*, Ceræ viridis pond. 1. & semis, olei cyprini vnc. ix. olei myrtini vnc. ij. adipis anserinæ vnc. ij. thuris pollinis vnc. ij. hæc omnia in cacabum mittis, coquis, & linteolis inlinis. *Cerotum ad vlcera* (strumenta) pond. ij. ceræ rufæ pond. x. olei myrtini pond. vj. olei veteris pondera viij. aluminis pond. ix. olei cyprini pond. x. calcis pond. 5.

Fomentum ad tumores siue ad duriciam quamlibet sic facies: eniscum ex vino decoctum conteris cum axungia, & sic vteris. Si minus, herbam sabinam conteris, &

ex rosacio concoquis, & sic vteris ad sanitatem.

Compositio ad coliciss. Asari pontici, petroselini, fœniculi vncias singulas, piperis nigri vnc. ij. marrubij. masc. vnc. j. abrotani vnciam semis, mellis optimi pond. ij. coques & despumabis, & hæc omnia contundes & cernes, & sic in melle commiscebis, inde figuram facies nucis auellanæ, & ex aqua dabis, & aquę congium j. in potum. Item diebus quibus eo morbo tenetur, fœniculi seminis cũ vino cochlearia tria aut quatuor fricabis in mortario, adijcies vini cibarij sextarium j. mittes in ampullam aut cornu, & dabis vt bibat, & cũ sagis bene munies.

Malagma ad neruos claudas. Sepi hircini libram, mollicidenæ selibram, resinæ libram, æruginis selibram.

Compositio ad genua. Aceti hemina, salis pusillum, æris vsti selibram, sinopidis quod satis est.

Potio hyemalis. Croci, costi, petroselini macedonici, murrhæ, thuris masculi, tracanti, cymini alexandrini, crocomagmæ, piperis vncias singulas, vini & olei quod sufficit (oua), hæc omnia permisces, & dabis cum succo ptisanæ, cui immittis palmas xxv. bulbos xxv. hyssopi fascem (caprinos adipes, catulum breuem viuũ mittis) quem cum madefactum videris, tunc omnia exiccabis, & adijcies olei quod sufficit, tunc illa omnia permisces & potionabis.

Potio æstiualis. Traganti, croci, abrotani, cardamomi, glaucij, petroselini macedonici binas vncias, gingiberis vnc. j. hæc temperas, & cum dare cœperis, mittis quotidie heminas singulas singulis iumentis. Addes porri sectiui, porcla, sil gallici, thus, apium, olei afri heminam, temperabis quod sufficit & vteris. Sed hæc vide lib. 1. cap. 57.

FINIS.

... 142. 196. animal assellatum 123.
tollientes 169.
... 123
suffimentare 108. eryngion herba quae 10...
sinapizantur 140. 61.
... 40. 37.
bohonaria 152. 49. 169. potiones malae.
... 37.
cauterizare 119. 44.
pulverizati 45.
inspissetur 126.
cataplasmatis 94.
scarificatis 121. 122. scarificatio 116.
syncopaverit. item equi syncopati 44.
extasis 123.

plethora 123. 144.
de vernaculo. de vernaculo. aut una ... vel brutillo. 158.
longanon quid 37.

doncarnari 74.
decarnari. 77.

glutis taurini) ~~glutes et gluti~~ [glux glutis] sive glutis et ~~gluti dicebant~~ ~~veteres in ...~~ Ausonius: Tempora dic elypeis accommoda quid faciat? glux.

glutis taurini semunciam pag. 161) [glux taurinus aut taurinus glutis sive glutinum taurinum maxime ...] Plinius lib. 11. cap. 39. Boum corijs glutinum excoquitur, taurorumque; est id praecipuum. Meminit ~~taurini~~ glutinis lib. 26. cap. 8. De voce glutis Ausonius ergo glux, gluten, ~~et~~ glutinum pro eodem Latina sunt.

In plaga pitacium ponatur pag. 23.) Celsus lib. III. cap. X. Si capitis dolores fortes sunt, rosam cum aceto miscere oportet, et in id ingerere, deinde habere duo pitacia, quae latitudinis frontis longitudinisque, aequent.

Marcellus Empiricus: Emplastrum ... vel pittacium.

Pittacium inquit in Nomenclator Junius, Celso pannus medicus, qui medicamentis illitus affecto loco imponitur. πιτλάκιον, πλάτυσμα, quo latum videtur, ut splenium, σπληνίον oblongior. nam splenium Plinio et a splenis figura longiusculum proprie emplastrum est. Haec ille. Πλάτυσμα latum linteum cui emplastrum illitum est. vide H. St. Thesaurum. Tom. III. pag. 353.

saint ... fortes ... vide ... De pitt... vo... Thesaur. Henrici St. ... Scrib... nimus, ... a...

[illegible] Latino-arabico

~~[illegible] coll~~ pag. 170.

totonarij ibid. et pag. 52.

Sorcuba, lorcum. ita dictus [illegible] ratum. sed legendum. C. lorum.

Vlcinnos alias dulcedines pag. 92. 190. Corcova Hispanis gibbum significat

acme. 90. 55.

13. lumba 00. 91. 130. laccae gamburu, ibid.

culter cuprinus 61. 120.

satana 190.

vide Cuper. obs. 3. curcuma 81.

glossa Isidor. Mannulus caballus buricus.

jaccellehor pro jaccallo pag. 139. 130. 14. 65.

pendirinos. 86. 95.

mallon 90. 90.

cordiscum 90.

seta qua tinctores utuntur 91. N.C.

chordapsus 42.

ulcerrus sive corona pag. 94. 97.

cirros tibiales dixit pag. 17. pilos longiores

atramentum sutoricium. 100.

animal lapis cooperiatur, 37. 122. 135. 127. 133.

bulbi tasiedae 123.

cinum pro asino 127.

olanto ferreo 129.

~~[illegible]~~ 190

muscarium i.c. cauda quod [illegible] 175

consilyorood. 114. [illegible] 176

acus [illegible] cuprinus pag. 100.

~~[illegible]~~ 65.

fistula testinalis mulomedicorum pag. 30.

per sipsonem 63. ad sipsonem pag. 8.

vinum Tepelanum, 103.

cordapsus 36.

ficus duplices 100.

mullo-ceparum 55.

mallon in bonibus 90. 09.

51. 97. Ranulae [illegible]

Hippiatrica [illegible] 152.

Fornunculus quod in ipso [illegible] Mercurialis lapidum [illegible]

Mercurius ~~[illegible]~~ 30. gloss. H. Steph. Mercurius Ἑρμῆς

Papyrus candelarum 96.

κὶ τραῦμα [illegible] Notat [illegible] ~~[illegible]~~ doctissimus Glossographus Duplicem mercium ~~[illegible]~~

vulnus [illegible]

Axacla 87. 00.

Mel Atticum 71. 74. 75.

[illegible] Atticus

Vocat de re milita... ... sic ...

Aliquando etiam Sudes ira virtus est: nam ea omnia in oculis, desperationem in audaciam acuunt a necessitate, quod vulgo dicitur, virtutem hic in mortis animis persuadent. / *Proverbium ... pater et est in declamationibus usurpatum. Producat ... Lucani Interpres apud Pithoeum. Nos hodie vernacule dicimus Nuen moet van de noot een d...

cambes ... campi ... ... [illegible]

Nam ... Aristoteles campum ... in pedibus ... sufficientes populeg... ... ...

Legimus etiam ... cambutam lib. 3. cap. 20. ... lib. 3. cap. 22.

... ... cambam ...

Tottonarius ~~alias~~ alias Trepedarius. Melius forte Tripedarius. Polegonius γυμνάζειν τὸν ἵππον δρόμεω διὰ κάλπης, ... τελωθέσα. Vocem sane τελωνεῖον exprimit Matthaeus, a Germanis peculiariter dictus i. Dryschlag. Hinc autem dictos Trepedarios equos ~~...~~ autumat etiam doctiss. Had. Junius.

calcatones forte calcatorios.
Hinc etiam marschier.
Marc pro equo, sed mar pro equa. Et quia equae patientiores laborum iis potissimum ad praelia utebantur, ut de his cibum capiebant ac potum Scythae.

Isidorus Orig. lib. x. cap. 1.

*St. Comae sunt proprie non nisi capilli, et est Graecus sermo. Nam comas Graeci a kumpscende nominant, καὶ ὁ κείρειν tondere dicunt. Unde et cirri vocantur, quod etiam iis Graeci mallones vocant. (Gloss. μάλλος cirrus, villus.

vid. ad Sidon.

